




1552









CLYPEVS

ASTROLOGICVS ADVERSVS FLAGELLVM FRANCISci Rapardi Brugensis medici, in quo (non minùs quàm in Achillæo clypeo oẽs artes & Oeconomiæ) detegũtur errores & Nugæ ipsius Rapardi cum declaratione & approbatione vtilitatis Astrologiæ, & confutatione Argumentorum eius.

Autore PETRO HASCHARDO
Insulano, Medico Chirurgo.

NEC CITO, NEC TEMERE.

LOVANII,
Ex officina Antonij Maria Bergagne
Typog. Iurat. Anno. M.D.LII.
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

PRIVILEGIVM.

CÆS. M. Priuilegio concessũ est Antonio Maria Bergagne Typog. Iurat. Vniuersitatis Louan. vt ipse solus excudat, distrahat, vendat, Libellum Petri Haschardi, qui inscribitur Clypeus Astrologicus aduersus &c. Interdictumq; alijs omnibus sub pœna in literis Priuilegij contenta, ne quis proximis quatuor annis libellum hunc in Brabantia præsumat imprimere, vẽdere aut distribuere, iuxta literas patẽtes super eodem negotio expeditas Bruxellæ. Anno. 1552. stilo Brabantiæ mẽsis Septembris die. 1. Signatas

P. De Lens.

GENEROSO DOCTO AC BONÆ SPEI

iuueni Laurentio ducio Domino Hobocano, Dinastæ Creubekano, Comiti palatino Petrus Haschardus Insulanus. S.



VAnquàm Disciplina Mathematica, nullis non seculis diuina & gloriosa sit habita, generose eruditissimeque Laurenti, tamen in hoc eius summo splendore semper plus laudis admirationis ac ponderis ea illius pars, quæ euentus rerum vestigat rimaturque, obtinuit, idque partim, quòd vetustate, cuius maxima semper apud omnes authoritas & veneratio fuit: esset antiquissima, partim etiam, quòd iucunda vtilis & maximè necessaria

 esset

esset eius cognitio, quæ nos præcipuè in cognitionem Dei ducit. Cùm enim ceteræ artes, longo tempore post hominis a Deo. Opt. Max. creationem fuerint inuentæ, ac multorum diligentia auctæ, primus tamen omnium genitor a prima die suæ creationis, veluti quodam naturæ instinctu ac afflatu diuino statim cœpit admirari pulchritudinem, excellentiam ac perfectionẽ cœlestium, quibus nihil nobilius perfectius, ac ad omnes vitæ nostræ partes vtilius. Quamobrem sæpe mirari subit quorundam animum ac agreste ingenium, qui cùm nihil probè dicere aut facere poßint, tamen ex professo omnibus conatibus student lacerare ac calumniari artes, quæ summas laudes ac inter alias primas obtinere merentur: verum id otiosorum ac malè feriatorum est, quibus relinquimus suas calumnias & maledicta

quæ

quæ ipsis pro vana gloria & fama, quas ipsi summopere ambiunt, ignominiam ac infamiam corā omnibus prudentibus, doctis, probis ac boni iudicij viris rependent: virorum enim prudentium est, omnia summo cum iudicio ac limitatione repensare. Siquidem huiusmodi calumniæ prorsus negligendæ non sunt, ne studiosorum proba ac syncera ingenia illis deprauentur, néue fides falsis ac improbis opinionibus adhibeatur. Quæ etiam præcipua huius nostræ Apologiæ seu Clypei scribendi fuit caussa. Quum verò vsitato more fautorem ac amicum aliquem quærerem generositate animi & virtutum splendore excellentem, atque bonas disciplinas artesque suspicientem, nemo omnium, cui iustiùs quam tibi doctissimę Laurenti hanc defensiunculam Astrologicam dedicandam esse putarem, oc-

currebat: perſpectam etenim habeo incredibilem patris erga me humanitatem deinde eruditionem ac erga bonas artes & diſciplinas ardentem tuum amorem, qui ſcientiæ cupidiſsimus veterem ſectatus Pythagoram, paternam domum deſeruiſti patriq́ue amantiſsimo & chariſsimæ matri, opibus honoribuſque omnibus valedixiſti, vt te in hoc muſarum cœtu ad bonas diſciplinas inſequendas componeres.

Cùm enim in meipſo cogito, atque alios ſpectabiles & generoſiſsimos iuuenes video, qui & literarum gratia & muſarum amore multa fortiter præclarè liberaliterq́ue gerunt, Tu certè inter cæteros mihi viſus es, qui multis nominibus muſarum chorum decoraſti, (quandoquidem ſatis conſtat te omninibus bonis artibus mirabiliter oblectari) quapropter te iuuenem doctiſſimum atque animo generoſum delegi

in iſta

in ista ciuitate, quæ (pace aliarum di-xerim) viros doctos mirum in modum fouet obseruat & colit. Dignus enim es, cui meliora doctioraque dedicari deberent, cùm ob generositatem animi, tum ob honestissimam atque celeberrimi nominis non solùm in his regionibus, sed etiam apud Florentinorum, vndè ortus es, familiam, quam & ego ad astra præconio ferrem, si verba suppeterent, & animo linguæque eloquentia non deesset. Sed vt ad rem, inter præcipua animi mei vota hoc potissimum præ oculis semper habui, vt mea dirigerem ad illos quos scio musarum parentes mihiq; fautores ac Mœcenates. Sed obijciet mihi fortassis argutulus quidam quod ineptè talia iuueni dedicauerim, cùm huiusmodi contradictiones potiùs iudicio grauis doctissimiq; hominis indigeant, quoniam iuxta tritum illud prouerbium, Iu-

ueni-

uenibus iuuenilia omnia conueniunt. Verùm enimuero, si omnes mores ac ingenium tuũ, quæ nihil minùs quàm iuuentutem sapiunt cognoscerent, mirari desinerent, cum in te nec leuitas aut incõstantia reperiatur, vt in alijs tuæ ætatis aut longè adultioribus, sed omnia grauia, virilia, ac perspecta, plusquàm quis arbitretur tuæ ætati conuenire. Quamobrem motus etiam exemplo Dinocratis architecti, qui vt aditus haberet ad Alexandrum magnum ausus est herculeo vultu atque amictu contra tribunal regis incedere. Ego etiam deposito omni pudore hac defensiuncula Astrologica te salutare proposui.

Desiderabis in illa sat scio dictionis ornatum et elegantiam, cuius cũ satìs sim studiosus, tamen disciplinæ istius magnitudine, ac proprietate distractus, coactus fui magìs proprie-

tati

tati ſermonis ſibi conuenienti quàm ſplendori orationis inſeruire, Nec a philoſophica conſuetudine hoc abhorret, ſimplici quadam ac minimè fucata narratione rei veritatem exprimere.

Quanquàm & nos dedimus operam, vt ſi non eleganter, latinè tamen quantum argumentum poſtulabat, loqueremur.

Supereſt nunc, vt pro tuo excellenti animo apologiam hanc noſtram, tanquam ſpecimen & teſtem mei erga patrem tuum amantiſsimum & tuam nobilitatem amoris & obſeruantiæ exporrecta letáque fronte accipias, atque me tuo fauore complectaris. Bona autem ſpes eſt, hanc, quam tibi dicamus, in poſterum fore gratiſsimam.

Quam, ſi patri ac tibi gratam fuiſſe intellexero, eriges animum ad

ma-

maiora partim excogitãda, partĩ quæ in manibus habemus, perpoliẽda. Bene ac feliciter vale. Datæ Louanij. Cal. Februarij. 1552.

CLYPEVS ASTROLOGIcus aduersus flagellum Francisci Rapardi Brugensis medici, in quo non minùs &c.



VLgare prorsus atq; adeò natura cõparatum est amice lector, vt qđ ꝓbat vnusquisq; (quãuìs impudẽs) id debere placere & alijs existimet atq; authoritatis statĩ habere locũ. Hoc propterea dico, quòd nuꝑ incidi in, nescio quod, flagellũ prognosticorũ, a quodã Frãcisco Rapardo Brugensi Medico editũ, hoĩe reuera plusq̃ satìs Suffeno Philautiaq; sua indulgente, et (vt vno verbo dicã) palliotenus Philosopho circũfo

ra-

raneis, mulierculis obstetricibusq; notissimo, aduersus quos tn̄, vt suū tegat fucū, et ne videatur cū illis sētire, scribit, vt qui oīa maeult mouere, quā vt videatur aliquid ignorasse. Miratus sū valde atq; pterritus nouitate & admirāda ostētatiōe Tituli illius Libelli. Quod vbi primū plustraui (interdū legitur liber nō propter res ipsas sed propter scriptorē) facilè pcepi libellū minimè præ se ferre, qđ titulus pollicebatur. Quāobrē statī in mētē occurrebat illud Horatij. Parturiūt mōtes nascetur rediculus mus. Quod in istū optimè quadrare mihi visū est: siquidē tumultuariè et īcōposite adeò scribit, vt diceres non medicum, sed Histrionem planè scripsisse, nisi Rapardum authorem esse constaret: quòd scilicet in hoc scripto nulla prorsus scita & emēdata sit sermocinatio, sed oīa inelaborata & medici ingenio indigna existunt.

Deniq;

Denique præter stultas & insulsas rationes prorsus a veritate alienas, nullam eruditionem aut modestiam (homine saltèm ciuili dignam) spirant. Et vt rem in pauca contraham, qualis vir talis oratio (nam de hominum ingenijs è rebus gestis iudicādum est) Sed quid mirum? Talium hodie plenus est mūdus, qui omnium apud imperitum vulgus primi habentur digito ostenduntur, quid ni? Medici (impostores videlicet) sunt Hippocrates, Galenus, Paulus, Aëtius, Trallianus Mesues, Celsus, Actuarius, Auicēnas Dioscorides, Plinius, & inter recētiores, Siluius, Hieremias Brachelius, Cornarius, Acakia, Hollerius, Fernelius & huiusmodi quamplurimi doctissimi & eruditissimi medici et philosophi floccipendendi sunt. Soli ipsi sapiunt medicinamq́ue probè exercēt & factitant: Philosophiam, vt volūt

inter-

*interpretantur, ea quæ ignorant, re-
ijciunt, artes soli intelligunt, scientiæ
omnes & bonæ disciplinæ, quas igno-
rant, imposturæ & meræ nugæ apud
ipsos reputãtur, quas etiam, vt inuti-
les, è republica tollendas clamant,
quod si fieret, non minus incommodi
perciperẽt homines, quàm si Sol è mũ-
do tolleretur. Nec mirum sanè cùm
iam in eam vitæ sortem deuenerit Ple
becula simplex, vt putet tales Histri
ones semideos esse, adeò facilè imbibit
illorum imposturas, præsertim ob re-
rum nouitatem (quarum studiosissi-
mum est idioticum vulgus, & insignẽ
quam præ se ferunt ostentationem.
Sed de his satis, ad Rapardum venio
cuius nugamenta priùs operæpretium
ratus sum explicare, ne quid vobis (le
ctores doctissimi) desijt, quo pul-
monem ridendo exerceatis, & videa-
tis, quàm vanæ absurdæ & pueriles
sint*

ſint eius rationes, quibus nititur nobiliſſimam & admirandam Aſtrologiæ diſciplinam e mundo tollere, & quantum abſit a nomine veri medici & Philoſophi.

Hic enim Philoſophiæ ſcientiæ adeò ignarus eſt, vt cùm primas eius flagelli propoſitiones perlegiſſem, deos teſter omnes, non potuiſſe me reliquæ parti libri percurrendæ animum adhibere (adeò mihi viſus eſt à veteribus & doctiſſimis philoſophis & medicis ſententia aberrare) niſi amicorum quorundam & amatorum huius Aſtrologiæ diſciplinæ ſupplicationibus ac hortationibus coactus fuiſſē, vt eius obiectionibus ac figmentis reſponderem. Hac igitur ductus neceſſitate, ſcribere iſta aggreſſus ſum, ſed quò faciliùs, quæ ab illo dicuntur, & à nobis dicenda aduerſus ea ſunt, intelligant, qui ferre de hac re ſenten-

tentiam debent, præfari pauca quædam oportet.

Hîc in primo ſtatim limine flagelli ſui, in quo prognoſticorum errata emendare audaciùs ſe multò ac feliciùs pollicetur, dicit ſe noluiſſe calamum admouere, vt prognoſtica ſeu Almanach ſcriberet, & meritò ſanè, Siquidem eum puto genio ſuo bono ductum fuiſſe, ne videlicet ars tam generoſa & admirabilis, à tam inepto fucatóque medico contaminaretur. Quanquàm tamen (fateor) non ſolus hoc ſaxum voluerit Rapardus, nam & alij fuere, qui anſam erroris dedere, & aduerſus hanc Aſtrologiã ſcripſerunt. Scimus enim in hominum manibus Farraginem Criminationum a Pico homine nuſquàm ſibi conſtante non ſcriptam ſed excerptam ex vetuſtioribus commentarijs. Hic enim multas leues & ieiunas (vt iſte)

cauil-

cauillationes obijcit, quarum repetitio esset nimis longa: sed semper in rebus difficilibus variæ sunt sententiæ & opiniones. Horum verò refutationes non sunt nostri instituti.

Principiò igitur antequàm rem ipsam vlteriùs aggrediamur refellendũ erit, quòd Rapardus falsò, ac audaciùs multò quàm feliciùs Prognosticorum errata & incommoda emendare pollicetur.

Primò quidem ostẽdit, quid vulgaria Almanach continent, hoc pacto.

Literam dominicalem Aureum numerum Circulum solarem Indictionem Festa mobilia & immobilia Tempus carnium	Hæc inquit mulierculis et Pueris nota sũt ex suis Calendarijs.

Nun-

Nundinas Accessus maris Recessus eius Signa seminādi	Mercatores Nautæ Hortulani melius norunt quā ipsi me=dici ex Libello va=loris monetarum.

Bella Partium fata Futura temporum Regionum cōmoda vel incommoda. Principum occasus Victoriæ atque alia hu iusmodi	Nugatoria Gentilia & Ægyptiaca sunt.

Aëris futuras affectiones certo tem=porè prædicere, diuinatio est, et con=iectura tantùm, res veris medicis in=digna.

Eclipses. Oppositiones. quadrata Coniūctiones.	Lunæ	Astronomica sunt quæ tantū habent artis, vt puero ex Ephemeridibus vnica demōstratiōe innotescere possint

Phlebotomiæ: Balnearū. Purgatiōis	Tēpus	Medicorū sunt, sed longè aliter hæc res venit declaranda, quàm docent Prognostica.

Hæc sunt quæ attulit Rapardus verba, dum refellere nititur Astrologiā. Quibus verò verbis crediderim profectò ipsum spiritu diuino afflatū, quoniam has primas propositiones, errores apellitat, quia profectò, vt flagelli eius primæ sunt præceptiōes, ita quoq; primi eiusdem flagelli sunt errores, vt

infrà

infrà de omnibus particulatim facilè oſtendemus.

Cæterũ ſequentia ſcribere non ſum aggreſſus, vt ſolùm laudes Germanas Aſtrologiæ edocerem (ſiquidẽ noſtris laudibus non eget ſcientia laudatiſsima, quippe quæ non plus lucis ei afferre, quàm lucerna Soli clariſsimo, poſſet) ſed potiùs, vt alij cognoſcant, Leonem ab vnguibus (vt dici ſolet) metientes, quo in errore verſentur, qui citra hanc medicinam factitare adoriũtur, quippe cùm ipſa à medicina nõ minùs ſeparari poſsit, quàm à corpore caput, vel è mundo Sol, & cætera aſtra abſque eius corruptione & interitu. Quid enim turpius bono medico? quid abſurdius, quàm ignorare, & negligere præcipuas atque adeo vtiliores ſuæ artis partes, ſine quibus ne emplaſtrũ quidem rite admouere poteſt? (omitto cætera quæ interiùs ſumuntur) quum

 tamen

tamen patrocinantibus nobis Hippocrate & Galeno non mereatur nomen medici is, qui etiam et philosophus nõ est & Astrorum cursus non tenet.
Verum ne diutius lectorem suspẽsum teneamus, defensionem hanc Astrologiæ aduersus Rapardum & eius sequaces, Ratione exemplis & experientia fultam (fortunantibus superis) auspicemur, ostẽdentes illam inter cæteras artes, iure sibi primas vendicare tam ob subiecti nobilitatem, quam ob eius certitudinem atque quotidianam vtilitatem. Quandoquidem & Aristoteles admirandus ille rerum omnium, quæ controuersæ sunt magister & arbiter hisce duobus disciplinas commẽdare solitus est, subiecti nobilitate & demonstrandi certitudine: nam quæ subiectum habent nobilius, magis in sui admirationem nos subducunt: quæ demonstrandi maiorem habent peritiam,

tiam, mentem certiùs firmant.

Literæ dominicales, Aurei numeri. Indictiones &c. ab Astrologis inuenta sunt.

RAtiones igitur quæ nostram opinionem verissimã esse ostendũt multiplices sunt. Ante quarum exactiorem discussionẽ pro totius nostræ defensionis fundamento, id ordinatim refellere libet, quod (vt ante ostendimus) ipse Rapardus adfert primò inquiens.

Literam dominicalem. Aureũ numerum, Ciclum solarem indictionẽ & quæ sequũtur mulierculis et pueris notissima sunt ex suis Calẽdarijs. O subtilem Sophistam & impostorem, sed crassum Philosophum, dic mihi, vndè cognitio, ac inuẽtio horum ad nos peruenit? Nunquid hæc à summis eisque doctissimis viris secundum diuersos astrorum motus collecta & obseruata fuerunt? qui nobis (non ipsæ mulieres

& pueri vt tu autumas) rationes Cicli soloris ostenderunt & omnes varietates, quæ ex litera solari, hoc est, Dominicali ex Bissexto ac concurrẽtibus contingere possunt. Nam cùm hebdomadæ sint septem, & bissexti tantummodò quarto anno cõtingant, si per quatuor septem multiplicauerimus, orietur minimus numerus annorum viginti octo, in quibus omnes varietates, quæ per literam Dominicalem, Bissextum & concurrentes accidere possunt, in pristinum redibunt statum. Siquidem literæ Dominicalis quotannis mutatio ex gemina nascitur caussa.

Literæ dominicalis mutatio vnde.

Primá caussa.

Prima, annus solaris communis trecentos sexagintaquinque dies continet, quos si per septem diuiseris, habebis in quotiente. LII. hebdomadas, & vnum diem residuum, propterea. A. litera in calendario in anni principio

pio & fine inſeritur.

Quamobrem neceſſum fuit anno completo literam Dominicalem mutari. Secunda huius mutationis cauſſa ex anno biſsextili oritur. Annus enim C. Iulij Cæſaris ex trecentis ſexagintaquinque diebus & ſex horis conflatur, quæ annuatim collectæ in quarto anno diem conſtituunt. Is ſexto calendas Februarij in litera. F. repetita intercallatur, & ex conſequutione literæ dominicalis immutatio fit. Secunda cauſſa.

Proinde cauſſa & origo aureorum numerorum a decemnouali Ciclo prodeuntium, quorum officium eſt, coniūctiones & oppoſitiones luminarium, interuallum, ac feſta mobilia manifeſtare, ab ipſis demonſtrata eſt. Aureus numerus.

Porrò Authores fuere Ægyptij (vt Herodotus libro hiſtoriarum ſecūdo prodit) ſummi viri Aſtrologi, qui nobis Herodotus.

bis ex aſtris, tempus in æuum, ſecula, & annos tam Solares quam Lunares inſtituerunt. Rurſum annum in Ver, Æſtatem, Autumnum, & Hyemem ſecundum diuerſos acceſsus receſſusq; Solis à nobis, & in menſes, Hos verò in Kalendas, Nonas idus & ſeptimanas, déinde ſeptimanas in dies tam naturales quàm artificiales. Poſtremò iſtos, in horas, minuta, & momenta, Quæ omnia, ſi quis ampliùs de illis cupiat audire, legat Lilium, Gregorium Gyraldum qui non minùs doctè quàm copioſe de his ſcripſit. Iam, quæ ingentior manifeſtiorque vtilitas nobis eſſe potuit, quàm tenere anni certam rationem? Perſpicuum enim eſt illa ignorata magnam confuſionem inter negotiatores, iudicia, cõtractus, pactaque orituram. Quanta caligo eſſet in hiſtoriys ſublata annorum et menſium enumeratione? Quantus error in religione no-

Anni inſtitutio.

Lilius Gregorius. Gyraldus.

ne nostra Christiana oriretur, nisi sapientissimorum doctissimorumque Astrologorum diligentia, Calendarium Bissextiles, literæ dominicales fuissēt inuentæ, & in certum, quantum fieri potuit, ordinem redactæ? Dicemus ne cum Rapardo hāc diligentiam in summis illis viris, inani curiositate & sine graui caussa susceptam? Cùm etiam generosissimis laudatissimisque principibus magnæ curæ fuerit olim, vt annum quàm exactissimè describerent, vt res omnes & memorabilia facta posteris conseruari possent. Videmus hodie in his & cæteris regionibus has diuinas artes a multis synceris ac doctis viris coli, tamen quia segnius colūtur quàm oportebat, in ea re optarim nos ad illas extollēdas a Principibus adiuuari, sicut olim in Ægypto Regum liberalitas fecit, & recens ante trecētos annos, cū Latini homines ne vmbram

bram

bram quidē huius doctrinæ tenerent, ingeniosissimus prīceps Fridericus secundus Imperator ex Arabum monumentis multa huius scientiæ transfūdi in latinum sermonem, & vtcumque illam Astrologiam instaurari magno sumptu curauit. Multa adhuc extant testimonia, quæ ostendunt his studijs vetustissimos reges deditos fuisse, vt Atlantem, Orionem, Chironem, Perseum. Ideo enim nomina eorum stellis grata posteritas attribuit, vt significaret se ab illis doctrinam de motibus cœlestibus & anni descriptionem accepisse. Nam hi principes viri, cœlestes motus obseruauerunt, anni metas constituerunt, et, vt ego existimo, insignes euentus præuiderunt, vndè ipsi etiam gloriabantur, vt etiam Solō, & post eum Cæsar, qui mensem Augustū suo nomine appellauit, annumq́ue cōpleuit (ope Sosibij quo ipse vtebatur)

& in

et in eā formā reduxit, qua ꝓpemodū hodie vtimur) & si ex tanto interuallo nunc emendatione opus habeat) vt recenset Ouidius in tertio Fastorum.

Sed tamen errabant etiam tunc tempora, donec

Cæsaris in multis hæc quoq; cura fuit

Non hæc ille Deus tantæque propaginis autor

Credidit officijs esse minora suis.

Hic etiam de se apud Lucanum, inquit, Media inter prælia semper,

Stellarum cœlique plagis superisque vacaui.

Sed vt interim de his taceam. Constat nunc quoque inuictissimum nostrum imperatorem Carolum huius nominis Quintum, & intelligere hanc doctrinam cœlestem & adeò amare, vt, cùm sibi aliquid otij est, non ludis aut alijs vanis voluptatibus animum relaxet, sed huius iucūdissimæ ac vtilissimæ do

ctrinæ

ctrinæ disputationibus. Quàm diligēs est ipse etiam in inquirenda longitudine & latitudine regionū, in stellis cōferendis ad regionum situs, vt videlicet nauigans cœli intuitu cursum dirigere possit. Nam quid honestius tali principe, quàm defessum animum tali voluptate recreare? Verū de his satìs. Ad propositum reuertamur. Quot discordiæ, cōtrouersiæque super Paschæ celebratione fuerūt in plurimis Synodis in primitiua Ecclesia, et pòst inter diuersos Pontifices Christianos? Quoniam Christianorum Pascha depēdet ex obseruatiōe Æquinoctij verni, aut oppositiōe luminariū, Æquinoctium proximo sequente. Quantam autē curam & diligentiā prisci illi patres adhibuerint, vt paschale sacrum sine omni errore rite quotānis possit celebrari ex Synodis & canonibus summorū Pontificum, decretis sacrorum cōciliorum

Institutio Pascha

orum

orum & ex compluribus Historijs in quibus omnibus de Paschali obseruãtia tractatur, videre licet. Quibus adstipulantur Diuus Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Hieronymus & cæteri, qui in laudem sacratißimi Paschæ multa doctißimè protulerunt, et præcipuè pro Calendarij Romani correctiõe aut reformatiõe nouißimè scripserunt multumq; sudauerũt, Petrus de Aliaco, Nicolaus cusanus Cardinalis, Peubarchius, Ioannes de regiomonte, Ioannes stoeflerus, omnes viri synceri doctißimiq; Astrologi & Mathematici.

Ex præmißis igitur patêre arbitror, quantũ vtilitatis reipublicæ ex Astrologia accedat. Quòd si caussæ et rationes superiùs a nobis allatæ Rapardo videantur parum graues, næ ipse Cyclopicam mentem habet. Siquidẽ, vt suprà annotauimus sine cognitione

mo-

motuum cœlestium annum includere æquinoctiorum metis, & rectè describere non possumus.

Quæ est igitur Rapardi arrogantia? quid huic medicinæ scabiei vel rabiei potiùs imprecemur? Qui omnes vtilitates (quarum ope nihilo faciliùs carere possumus quàm aqua & igni) è republica tollere vult, aliorumque studiosorum animos illis suis insulsissimis cōnitijs deterrere. Sed nūquàm antehac magìs expertus sum illud verum esse quod dicitur, Scientiam nō habere inimicū præter ignorantem. Verūenimuerò timeo, ne hic cùm famæ ardeat impotenti amore, nimis altum sapiat & cum Icaro nobis nomen (nō mari) sed lacui vel stagno, aut potiùs cloacæ alicui sordidæ imponat.

Et propterea, quia rationes eius nō satìs esse mihi videbantur ad certam illam & admirandam disciplinā radici-

dicitus conuellendã, bonæ illi sciẽtiæ patrocinari mihi fuit consilium, sed de his satìs.

Accessus recessusq; maris caussam, primum Astrologi ostenderuut.

PErgamus ad reliqua, & rẽ omnẽ ordine, et ab ouo (quod aiũt) enarremus, veniamusque ad alterã flagelli partem, in qua dicit, accessus & recessus maris, signa seminandi notiora esse hortulanis, & nautis quàm medicis Astrologis (de Nundinis nihil moror quàmuis illæ ad vulgi vtilitatem etiã non parum faciant) sed in his quemadmodùm in alijs ostendit, qualis sit ingenij & animi. Nam & si nautæ et hortulani longa experientia edocti hæc nouerũt, rationes tamen prorsus ignorant, quæ à diligentibus obseruationibus Astrologorum prouenêre. Quandoquidẽ accessus & recessus ipsius maris, inquiente Aristotele, prorsus

Accessus recessusq; maris vnde.

ſus dependent a diuerſis effectibus Aſtrorũ, Lunæ præſertim, quæ dominatur humidis, igitur maria cogũtur eã ſequi, adeo vt ipſa ſupra horiſontẽ aſcẽdente, donec ad lineam meridianã perueniat, mare fluit, ſed a puncto meridiei vſque ad occaſum declinante, refluit, idem contingit ipſa ſub terra exiſtẽte. Nam & occidente ad angulum noctis pergẽte, fluit, ab angulo noctis ad orientem refluit.

Cur fluxus refluxuſq; variantur.

Próinde, cùm Luna quotidianum motum variet, ita etiam variantur fluxus & refluxus, qui etiã diuerſis modis afficiuntur. Siquidem & luna exiſtente in auge eccentrici & Epicicli. fluxus debiliores ſunt, eò quòd tũc maxime ſit elongata ab ipſa terra. In oppoſitis verò partibus terræ maximè eſt vicina tunc fluxus etiam fiunt fortiores. Similiter fit, ſi Luna in circulo meridiano ipſi Zenith fuerit magìs

pro-

propinqua, ad quod non parum faciũt Stellæ fixæ, quibus tunc Luna coniũgitur, et Planetarũ cõcursus & mora sup Horizõta, vndè si taliũ plures causæ coierint, fit diluuiũ particulare, vt nostris tẽporibus plusq̃ semel obseruauimus. Hæc oĩa, tametsi lõgis obseruationibus nautis in suis regionibus sint nota, si tamẽ in peregrinas & ignotas nauigent, nõ magìs hæc discernere poterũt, qùã cæcus colores, quoniã Horison vbiq; locorũ variatur, idcirco accessus et recessus in maribus diuersis variari necesse est. Próinde eosdẽ effectus insinuat ipsa luna in corpora nostra. Nã cũ vt diximus, eius cursus diurnus ĩ quatuor distribuitur quartas In primũ quidẽ ab Oriẽte ad mediũ cœlũ ascendit, atque interim humorẽ & spiritum auget naturalem. In secunda à Cœli medio occasum petit, efficitque in nobis oppositum, easdem seruat rationes

Corpora nostra ab effectibus lune alterãtur.

tiones cũ ſub terra mouetur. Eũdemq́; vigorẽ in ægrotãtibus obtinet, quos oẽs effectus ipſa, nõ quòd cæteros Planetas virtute ãtecellat, ſed ob ſuã ad nos ꝓpĩquitatẽ, obtinet. vndè Arnoldus de villa noua vir, vt ĩgenuè fateamur, in medicina nõ exiguus, ĩquit, Epilepſia quæ ſequitur motũ Lunæ, ſi cõiũctionẽ ſeruauerit a vicinis adſpectibus, prĩcipaliter a frigriditate cauſatur, quæ verò in plenilunio cõmouetur, naſcitur maximè ab humiditate. ſimili ratiõe ſãguineæ mulieres in prĩa Lunæ quadra ſuos mẽſes patiũtur: in ſecũda bilioſæ, quibus atra bilis abũdat: in tertia et in quarta Pituitoſæ, nã ſimile additũ ſimili ipſũ magis adauget & mobile reddit.

In ſatiõe, multũ habẽt poteſtatis aſtra p̄cipue Luna.

Porrò ex ſuperiorib⁹ a nobis allatis negare etiã nõ poſſumus, ſi Luna in ſeminũ iactu fortunata et lumine aucta ſit, quin oĩa bene ſuccedẽt pro maio

ris

ris minorisq; ratiōe et ediuerso: nā ipsa aucta lumine, auctæ sunt oīm rerū inferiorū humiditates; et lumīe diminuta, diminutæ: ob hoc seminata semina, Luna lumine orbata, difficulter et tardiùs crescūt. Virtus nāq; et īfluxus Cœlestiū, sup̄ficiem terræ penetrans, illā diuersimode afficit, deinde Elemētis mutatis, et ab illis alteratis, necessū est, q̄ ex ipsis cōstāt, similē alterationē pati. hīc sequitur degeneratio frugū et aliarū plātarū, de quibus plura licet videre apud Varronē, Columellā, Cōstātinū Theophrastū, Pliniū et alios qui de agricultura scripsēre. Lōgè valeāt igitur noui isti frōtones et fucati Impostores, qui hāc sacrā certāq; disciplinā existimāt rē esse p̄fanā, indignāque hōie medico, et studiosos ab istiusmodi disciplinis deterrēt: ego verò dignam cēseo, quæ & omnibus in vniuersitatibus et ciuitatibus prælegatur. Sed rūpantur

Quō plantæ oēs recipiūt influētiam cœlestium.

medij ac vociferetur quãtũ volet, spero breui futurũ vt velit nolit, Scioli et Amusi isti, cognoscãt ĩ hac plus inesse veræ vtilitatis, quã in eorũ vanis nugis.

Quantum valeat Astrrologia, in omnibus rebus, deq; eius inuentoribus.

TErtiò impugnat Astrologiam Iudiciariam vel vbi agitur de iudicijs hoc pacto. Bella, partiũ fata, futura tẽporũ &c, Gẽtilia inquit, et Ægyptiaca sunt. Sed miror quomodo ita et de Medicina nõ pronũtiauerit, cũ eius primi Autores et inuẽtores Ægyptij fuerint. Nã teste Diodoro Siculo hãc Mercurius apud Ægyptios primùm inuenit, secundum alios Apis Ægyptiorũ Rex. Alij, ipsi Apollini attribuũt, vndè ad Daphnen virginem apud Ouidiũ libro primo Metamorphoseos dicit.

Primi autores medicinæ.

Inuẽtũ medicĩa meũ est, opiferq; ꝑ orbẽ
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Sed

Sed quid opus est multa de his adferre cũ ipsi Ægyptij aut Gẽtiles, Astrologiã nõ à suis receperit, sed à sãctißimis patribus & Patriarchis veteris testamẽti, vt ab Abrahã, qui illam inuentã a suis maioribus, Ægyptijs tradidit, quum in Ægyptum aufugerat, & indè ad Chaldæos & postea ad Græcos fluxit. Olim enim, cùm inter nationes magna eßet contentio, quæ cuiq; anteferenda esset, a longa autem temporũ serie suam quæque nobilitatem aßerere studebant. Ægyptij verò ortos se esse ante astra cõtẽdebãt, videlicet quòd apud eos primùm astrorum disciplina in prætio fuerit, quæ res hebræis hominibus admodum visa est grauis, vt qui Mosen haberent antiquißimum scriptorem, qui hoc lõgè omnium honestissimum ac iuxta vtilißimum studium, in primos adeò generis nostri parentes reijcere videatur, ac longa deindè suc- Hebræi primi huius disciplinæ inuentores.

 cessi

ceßione ad patres Abraham, Isaacum, & Iacobum, & consequenter ad Prophetas, ad Reges quoq; descẽderit. Nã liberi Seth Adã primi hominis filij (teste Iosepho autore sanè grauißimo, libro primo antiquitatum) disciplinam rerum cœlestium primùm inuenerũt, qui, ne dilaberentur quæ reperissent, neue, antequã venirẽt ad cognitionẽ, deperirent, cùm prædixisset Adã rerũ omnium futurum interitum, duas Columnas fecerunt, ex quibus vna ex lateribus constructa erat, ex lapidibus altera, vt si lateritia ab imbribus destrueretur, lapidea permanẽs integrã scripturam legentibus præberet. His igitur in columnis ea, quæ ad obseruationem siderum pertinerent, inscripserũt. Ex quibus liquet nõ ab Ethnicis aut Gentilibus seu Barbaris profectam hãc Astrorum scientiam, quæ nõ tantùm certitudine demonstrationis, & vti-

Astrologię laudes

& vti-

& vtilitate sua, sed etiam antiquitate sua, nobis cōmēdata esse debet. Si enim res, quæ dignitatē, iucunditatē, laudē & gloriam promittere solent hominibus, æstimationis suæ pondus ab antiquitate potissimùm trahūt, quales sunt Ceræ, imaginis maiorum, antiqua stēmata nataliū, quo numero habebimus ea studia, quorum origo simul cum Sole Luna & Stellis cepisse haud absurdè prædicatur? quis non ea studia sequatur, quæ neque ignominiam, neque damna, neque temporis iniuriam recipere poterint vnquám? In hac classe sideralis scientia primas sibi iure vendicat, quòd ea sit vna et sola, quæ Cœlestium partium operatiōes admirabili inquisitiōis studio psequatur, factūq; est hac inuicta sedulitate, vt homines in terra positi, de stellarū in cœlo virtutibus pnūtiare securè ausint. Neq; verò credibile est vllā vim humani īgenij

tantam

tantam fuiſſe vnquàm, quæ ſuo ipſius motu atque impetu, tam altè, & ad tã ſublimia ſeſe efferre potuerit, ad tot ſtellarum vires cognoſcendas, et ad tã tam varietatem motuũ in corporibus cœleſtibus inueſtigandam, niſi numine quodam diuinitùs, ad inquirendas res tam arduas ac longè remotas a cõmuni hominum ſenſu, incitata fuiſſet, quædam generoſa & excellentia ingenia, quo fortunante ipſorum ſtudia ac conatus ad intima naturæ penetralia peruenerint, id quod præclarè monet Ouidius.

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primùm
  Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos, pariter, vitiiſq; iociſq;,
  Altiùs humanis exeruiſſe caput.
Non Venus, & vinum ſublimia pectora fregit,
  Officiumq; fori, Militiæq; labor.
Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria fuco,
  Magnarumue fames ſollicitauit opum,
Admouere oculis diſtantia ſydera noſtris
  AEtheraq; ingenio ſuppoſuere ſuo.

Non

Non enim virtute vacuæ sunt Stellæ, sed quãto maiores, pulchrioresque, tã-to sunt, quã nos, & virtutibus fortio-res, & in actionibus perfectiores. Et vt inquit Philosophus, Quãto formæ rerum sunt perfectiores, tãto res ipsæ, quarum sunt formæ, nobiliores habẽt actiones, atq; dispositiões perfectiores Quæq; aũt stellarũ, vt vires habet diffe rẽtes, ita etiã actiões ab alijs edit diuer sas. Sed quid mirũ hodie reperiri hu ius tales Calumniatores, cũ id etiam in omni genere doctrinæ cõtingat? Nam assiduè praua ingenia, impulsore dia-bolo, veritatem vel deformare, vel ob-ruere conãtur (quæ quàmuis laborare possit, extingui tamen non potest) tum verò hæc ipsa ars, quæ de motibus & effectibus cœlestium corporum præce-pta tradit, singulis ætatibus hoc præ cæteris incõmodo laborauit, vt ꝑpetuò acerbissimis Sycophãtarum morsibus

esset

esset obnoxia. At præcipuè ex eius æmulis Philosophi soli isti, qui Astronomiam aspernati sunt, ex professo fuerunt ἄθεοι & Epicuræi, qui sublata

Epicuræi Philosophi

prouidentia etiam immortalitatē animorum nostrorum sustulerunt, qui si attigissent, vel saltèm a limine salutassent hanc disciplinam & doctrinam, manifesta Dei vestigia in ea deprehēdissent, quibus animaduersis, coacti essent fateri, mente aliqua hanc rerum vniuersitatem & conditam esse & gubernari nō casu ex Democriti atomis.

democritus

Nā ipsa harmonia oīum corporū ac motuum in Cœlo, certissimum est argumentum, pulcherrimum illud opificiū a mente quadam diuina & conditum esse, & gubernari: nihil enim tale casu, aut alia vi vlla, sine mente existere aut constare potest. Quare si Astronomia confirmat hāc de Deo opinionē in animis hominū, Plato ille diuinus

Plato

non

non solum eruditê, sed etiam religiosê dixisse iudicandus est, Astronomiæ caussa nobis oculos datos esse. Sunt enim certè ob hanc caussam præcipuê dati, vt ad quærendam aliquam Dei notitiã duces essent, quod egregiè quidam canit his versibus.

Non ferri casu pulcherrima corpora mundi,
Verùm mente regi Consilioque Dei
Testatur Phœbus, qui certis legibus annum
Conficit, & notis itq; reditq; vijs.
Et gratis vicibus lucem noctemq; reducit,
Et tempestiuè nata calore fouet.
Temperat & radios, quos excipit, humida Luna,
Distinguens annum mensibus ipsa suis.
Déniqne cuncta suis labuntur Sidera metis,
Naturam proprijs officijsq; iuuant.
Hæc cùm suspiciens oculis ac mente notabis,
Autorem agnoscas & venerêre Deum.
Hic nobis haustam proprio de pectore mentem
Inseruit, iusti notitiamq; dedit
Ergo etiam scelerum pœnas hic exigit vltor,
Virtutumq; dabit præmia grata pijs.

Hæc ille.

Iam

Iam quantum prodeſt ad omnes vitæ partes, diuinatrix illa pars, quæ diſſputat, quos habeant effectus aſtra in miſcendis corporũ temperamentis, audire licet ex Ariſtotele libro primo Meteororũ dicente, Id, a quo eſt initiũ motus, proculdubio cæteris etiam rebus vim mouendi impertit, Sed cœli motũ primũ in natura extitiße hominibus philoſophis ambiguum non eſt, non igitur in dubium vocari debet eius motus in rebus inferioribus vis & efficacia &c. Quanquàm materiale immediatê non agit in immateriale, agit tamen illicò in materiale, ratione cuius ipſum immateriale agit tanquàm ſuo inſtrumento, hac de re immutatis corporibus ab Elementis immutatis, ab aſtris immutantur Animæ.

Ariſtoteles lib. 1. Meteororum.

Cœleſtis enim Aſtrorum conditio alia atque alia propter continuos circulorũ motus & varios adinuicem Syderum

adſpectus

adſpectus facta, inferiorũ corpora ad diuerſas actiones & paſsiões continuò diſponit, ea de re homines, cæteraque animantia interdum ad pacem, interdum etiã ad bella, ad aliaq; huiuſmodi procliuiora & propenſiora fiunt, aliôqui quorſum ſpectaret tam curioſè ſyderum & cœlorum motus perquirere per philoſophiam, ſi nihil omninò eſt, quod per ſuum motũ efficiãt aſtra. Inclinationes hominũ vnde.

Quantum conducat Medicinæ, ipſa Aſtrorum ſcientia.

PRóinde in priuata vita ipſa Aſtrologia habet vſum in medendo, vt ſummi autores teſtantur. Conducit & ad regendos mores, et deligẽda ſtudia. Plurimũ enim refert intelligere, quo quemque natura ducat, vt bonos impetus induſtria iuuemus atque cõformemus, prauos cohibeamus. Ex ſyderum enim afflatu ad aliquam ſcientiam ſiue artem habiles, circa illam ſi incubuerint

Habitudo vnde.

buerint, perfectiores euadũt, et si relu ctetur, et alias exerceãt, nũquã ꝓpter naturæ ad illã artẽ ineptiã, perfectionẽ cõsequuntur. Nã ingeniorũ naturæ magna ex parte imitãtur tẽperamẽta, vt pulchrè monet Hippocrates post hominũ memoriã primus, nõ solũ medicorũ, sed & philosophorũ omniũ dicens.

Aphorismo x. lib. ij.

Corpora non pura eò plus offendi, quò magìs nutriuntur.

Quam sentẽtiam Plato ille diuinus in Sophista. Galenus quoq; plurima vir eruditiõe, a corporibus impuris ad animos impuros deflexerunt, dicẽtes, doctrinam etiam synceram animis ob errorum illuuiem impuris infundere si quis velit, non modò nihil promoueat, nisi priùs inscitia madẽtes animi dedoceantur, verumetiam magnoperè officiet. Omitto adhuc, quòd fortuna sæpe comitatur mores Teste diuo Thoma Aquinitate libro tertio cõtra Gẽtiles,

Diuus Thomas Aquinas.

In

In quo probat a corporibus cœlestibus imprimi nõnihil in corpore nostro, cuius munere disponamur ad eligẽdũ sæpe quod melius est, etiam si rationẽ finemq́ue nesciamas. Qua quidẽ ex re bene fortunati appellamur, atq; (consentiẽte Aristotele) bene nati. Addit etiã virtute cœlesti fieri nõnullos in quibusdã artiũ effectibus efficaces et (vt eius verbis vtar) sicut miles in vincendo, agricola in plantando, Medicus in sanando, felices. At enim sicuti herbæ lapidesq́ue mirabiles quasdã vltra naturã elemẽtarẽ vires cœlitus habẽt sic homines quoque in artibus nõnullos habere. Et in libro de Fato cõfirmat, vestes et cætera artis opera certã a sidere qualitatẽ accipere. Attamẽ in ope quouis conficiũdo suademus, vt fructũ operis à Deo speremus atq; petamus in primis, qui et cœlestia, et q̃ cõtinẽtur cœlo fecit et virtute donauit, mouetq; semper

atque

atque conseruat, nec audiendos esse duco quosdam præpostere philosophātes, qui nos astris plus nimium tribuere cauillantur, deóq; potestatem detrahere: quasi astrorum inclinans illa vis, aliundè quàm a summo Deo proficiscatur. Deū enim omnipotentem, Deū omnia operari in omnibus, non tam simus Athei, quin asseramus. Verum vbi Medicus curat ægrotum, vbi Agricola è terræ cultu sibi messem fertiliorē promittit, & hæc Dei opera esse, scimus. Deum tamen per sua instrumenta, atque per quædam quasi media operari, id asseuerare, quis impium esse putet? Idque Astrologos omnes voluisse constat, vbi statuūt astra quidem inclinare, vrgere autem minimè. Id quod nec Astrologorum omniū principem Claudium Ptolomæū latuisse par est, cùm dicit Sapiens vir dominabitur Astris.

Astra tantu inclināt nō vrgent.

Diuinatrice igitur si quis prudēter

vtatur,

vtatur, videbit eā habere graues causſas, & tuetur eam experientia peritisſimorum hominum. Rectè verò Galenus de hac ipſa arte inquit, Sophiſticū eſſe contra experientiæ teſtimoniū rationes quærere, & vt præclarè monet Theophraſtus, qui de omnibus rationem quæritant, ſimul cum ratione ſcientiam tollunt. Nec eò detrahēda eſt arti fides, quia aut artifices aliqui inepti ſunt, aut non omnes euentus humani in arte monſtrantur, & ſi autē in tantis tenebris humanæ mētis multa proſpici nequeunt, tamen artis beneficium non leue ducendum eſt, quæ pleraque interim & ad vitæ ſummam pertinentia, monet. Neq; enim gubernandi artem ideo reſpuimus, quòd gubernatores ſæpe offendāt. Quoties fallimur in leuioribus artibus, & in ijs rebus, quæ ſunt, vt ita dicam, in manibus? Quis enim omnes herbas, plātas,

arboreſque nouit vnquàm? Quis oīum perſcrutatus eſt vires? nōne multa adhuc latēt? An ideo medicina vana eſt, quòd multæ morborum cauſæ ignorātur, quæ quotidie nouæ & inauditæ oriuntur? præſertim ob diuerſos aſtrorum effectus & diſpoſitiones, vt interim taceam de tot ineptis empiricis, mulierculis, medicaſtris (vt tu vocas) qui medicinam factitare aggrediuntur, nec propterea medicina reijcienda eſt tanquàm falſa & incommoda. Quid enī familiarius homini, quā hallucinari ac errare? Fragilitatis humanæ proprium eſt labi, errare, decipi: neque tamen propter huiuſmodi errata explodendæ ſunt artes, vt volunt iſti indocti, agreſtes minimeque politici viri, qui illotis (quod aiunt) manibus, ad philoſophiam & medicinam irruentes, non minùs inepté, huius doctores ſe profitentur, quàm ranula

nula

nula Æsopica ĩter feras medicinã. Sed id cõmune est in omnibus, vt quicquid pauci assequi poßunt, id ĩ multorũ reprehẽsionẽ incurrat. Facilè igitur percipi potest, quãtã ij habeãt eruditionẽ qui ita suã ipsorum inscitiam orbi exponunt, scilicet hoc illud est, hoĩes imperiti nihil equũ eße cẽsent, nisi quod eis collibuit, omnesque ĩsanire putãt qui non secum sentiãt. At nos neq; hastã abiecimus neque clypeum, res adhuc in vado est, stat salua. Nã magnus animus, rebus aduersis non deijci, sed crescere debet. Disrumpatur licet ista furia , fremant omnes licet, dicam quod sentio, Astrologiam Medicinæ esse partem quandam, nec minimã illam, idque experimẽto comprobatam, vti videre licet in electionibus, quas, qui negligit, nescio, quo pacto ægroto medebitur. Poßem huius rei exẽpla, quæ vidi, subijcere plura, vbi neglecta

temporum electione in vitæ discrimē, ægroti redacti fuerunt. Proinde Galenus in libro De decubitu infirmorū pulchrè monet, quantum hæc scientia in medicina habeat vtilitatis. Constat inquit ex Stoicorum Philosophorum sententia, qualis, & quàm exactæ veritatis sit Mathematica scientia. Hippocrates vir præcipuus, ac in rerū sciētia admiratione dignus, inquit.

Galenus

Hippocrates

Quicunque in medicina se exercent, eius autem Philosophiæ ignari sunt, quæ docet dare iudicia de rebus a natura earum desumpta, horum animus in tenebris perpetuò oberrans fatigatus consenescit, & non solùm nō rectè agere huiusmodi homines, sed etiā plurimùm decipi dicit.

Caristius medicus & Orator non solùm hoc idem dicit, sed etiā asserit, veteres medicos ex diuersitate luminis & cursus Lunæ, præcognitiones,

Caristius

quæ

quæ in morbis fiunt, conficere ſolitos fuiſſe. Hæc Galenus, qui ĩ eo libro per ſequitur egregiè prognoſtica, quæ ex diuerſis aſtrorum effectibus producũtur, adeò, vt ſi aſtra hora decubitus infortunata & malè collocata ſint, aſſerit morbũ per mortẽ terminari, ediuerſò, ſi bene diſpoſita fuerint ad ſalutẽ hoẽm ducere, nec ſolũ diſpoſitionem atq; futurũ effectũ morbi, ſed etiã cauſſã eius p hæc oſtẽdit pdicere, quod cõfirmat libro De ſpermate dicens. Scire etiã medicũ decet planetã & ſignum, in quo æger ægrotare cœpit, & tempus ſecundum diem & horam. Et vt rem exẽplis ornemus, Galenus in prædicto libro De decubitu infirmorum ait. Si quis decũbat, Luna in Capricorno exiſtente & minuente ſuum motum, cui Saturnus priùs iungatur, vel tetragonum, aut diametrum obijciat. Origo morbi eſt refrigeratio in Balneis, ad-

Criſes in morbis ſecundum rationẽ Aſtrorum obſeruandæ.

ſunt tenuia reumata, grauitas thoracis ac pulmonis, tuſsis præſertim a prīcipio, febres, quarum acceſsiones veniunt cum rigore, idq́ue magìs noctu. Et niſi bonus aliquis planeta lunā aſpiciat, die. XXI. morietur. Si verò boni planetæ adſpiciūt, ſanabitur, lōgā pulmonis ægritudinē perpeſſus &c.

Vide igitur (amice lector) quātū ipſi aſtrologiæ et eius electionibus tribuatur ab ipſo Galeno et Hippocrate, quoniam Medicina ſine fauore cœleſti (vt ſubinde experti ſumus) ſepiùs eſt inanis ſæpe etiam noxia. Abſque igitur aſtrorum ſcientia, manca eſt medicina: nec audiendi ſunt iſti hiſtriones et circunforanei impoſtores, qui artem ipſā per ſe nobilem (vt demōſtrauimus ſuperiùs) ceu parum neceſſariā, imò nec conducibilem quidem medico, diiudicant. Quando videre cogimur quotidie tot vitæ diſcrimina, tot mortes, tot patientum

tientum

tietum, vt ipsi eos vocant, funera, solo astrologiæ neglectu, ne dicam cōtēptu prouenire, vt vel denuo vetus illud in medicos olim adagium locum habeat, Plures perysse manu medicorū, quàm gladio. Nam imperitorum medicorum errores, campanarum strepitu & sono sæpissime deuulgantur, adeò, vt ob multorum inscitiā & ipsorum errata, in multis ciuitatibus nullus est honori locus medicinæ omnium artium saluberrimæ. Quotusquisque enim est, qui non videt in mille nos vitæ pericula per horum ignorantiam præcipitari? Quid enim melius? quid homini ipsi conducibilius, aut vtile magis, atque ipsa rerum cognitio?

Felix a poëta pronuntiatur, qui potuit rerum cognoscere caußas. Sed medici maximè ideo mihi reprehendendi videntur, quòd astrologiam arti medendi cumprimis necessariam,

tanto

tanto ſtudio negligant, ſolùm contẽti, quid ille vel alius quiſpiam Agyrta, vel præſtigiator effutiuit temerè, vel inſipienter excogitauit. Sed quid mirum, ſi ipſi Aſtrologos contemnunt? cũ ſuo Hippocrati, Galeno, alijſque parũ tribuant, imò vix vnquàm legerint, aut viderint, vtpotè contenti aliquibus vniuerſalibus receptis, (vt dicũt) quas a quodam eis ſimili impoſtore habuerunt, aiuntque ſe poſſe illis omnibus mederi, propterea omnes morbi eis curabiles ſunt, id quod ipſi tutò magnoque ſuo faciũt commodo, numerata priùs videlicet pecunia. Quemadmodùm noſter hic monſtroſus medicaſter, qui corã ſimplicibus iactet ſe poſſe dentes etiam ſenibus & decrepitis reſtituere aliquo ſibi peculiari medicamento (deleterio fortaſſe) quod dicit ab Italia ſecum attuliſſe, debuiſſet potius dixiſſe, ab Indis, vel Turcis, aut

Iudæis,

Iudæis, nā vulgus maiorē adhibuisset ei fidē, tale enī est, delectatur rebus in auditis & peregrinis, quibus fere spē suæ salutis cōmittit. Etsi nō imus infi-cias fuisse superioribus ānis apud Germanos virum doctissimum Teophrastum Paracelsum doctorē medicū (cuius plura penes nos sunt monumenta) qui talia moliebatur, videlicet restituebat leprosos & elephantiacos: sanabat absque incisione cancros, et lupos: vlceribus & vulneribus medebatur breuissimo tempore, adhibito aliquo (quod composuerat) oleo, vel potione aliqua aut simplici puluere.

Paracelsus vir doctissimus.



Vidimus Reueliæ quoque in Liuonia ab hinc annis. XI. quendam medicum verè philosophū, Paracelsi discipulū, qui tale habebat oleum, vt spatio trium dierum omnia vulnera simplicia, quamuìs profunda, curabat. Epilepticos vnica potione liberabat, & in omni-

ni-

nibus alijs effectibus ei cuncta optimè succedebant. Sed hūc iactatorem Rapardum non puto posse ad tantam perfectionē medicinæ attigisse, nā (vt dici solet) inuita Minerua nihil. Siquidem ipse Paracelsus vbiq; reijcit illos, qui medicinam absque astrologia aggrediuntur, tanquàm porcos in vineam nostri Saluatoris irrumpētes, imò vetat, ne quis absque illius perfecta cognitione tentet medicamentum aliquod secūdum suas demonstrationes componere. Quādoquidem medicus cœlestia deserens adminicula in exhibendis componendisq́ue medicinis, infirmi & valetudinarij vitā negligere manifestè probatur. Nam nisi cognouerit, quāta sit in corporum cœlestium obseruatione vtilitas ac difficultas, venenū erit sæpenumerò, quod in remedium ab ipso propinabitur, quoniam astrologia medicinam cōcomitans in curis veris morborùm

Medicus astrologia indiget in ōnibus suis operibus,

borum multùm iuuat medicātes. Hactenus igitur demonstrauimus, quantum ad veram medicinam exercendam conducat ipsa astrorum scientia.

De Eclipsibus cometis & aliis impressionibus.

POrrò plurimū in oībus malis augēdis exulcerādisq́; potestatis habēt Eclipses, traiectiões, quadraturæ oppositiones, cometæ et aliæ impreßiões, quæ, sicuti minimè sunt frequentes, ita maximè admirabiles, quia cœlo nūquàm impunè visæ, Nam regnorum fatales casus, ac mutatiões, futura bella, pestilentiæ, annonæ penuria et huiusmodi, ex magnis cōiūctionibus, Eclipsibus, cometis aliisq; impreßioībus prædicūtur, quorū oīum ratiões et caussas ob breuitatis studiū hîc referre nō lubet, sed dūtaxat aliqua horū ponem⁹ exēpla, quorū portēta, qualia et q̄ ꝓdigiosa fuerīt, nō ē ī tāta historiarū luce

vt am-

vt ampliùs demonstratū exigas. Quòd si cui omnium habere ratiões placeat, legat Cometographiam doctissimi eruditissimiq; viri Antonij Mizaldi, qui ei abundanter satisfaciet.

Quanquàm sapientulus iste Rapardus asserat hæc (vt & alia) pueris esse notissima ex Ephemeridibus, & prorsus nullam artem habere, sed nimis ieiuna est eius sapientia, quæ a cōmuni & a naturali consensu sanorum hominum, & ab experientia discedit, quæ testantur hæc esse in mūdo quasi cōspicua Dei oracula diuinitùs in natura ordinata, vt his imminētes calamitates, & mutationes humano generi significentur, quæ omnia ita erūt cōsideranda, & accipienda, vt in nobis piam ac rectam de Deo Opt. Max. sententiam & opinionem confirment. Nā horum præuisiones, præterquā quòd (vt scripsit Ptholomæus rerum cœli scriptor

Ptholomæus

ſcriptor incomparabilis) animos com-ponunt ac firmant, abſentiumq́ue calamitatum meditatione, perinde ac ſi præſentes eſſēt, erudiunt, vt quicquid venturum eſt, conſtanter ac patienter ferant. Quæ omni ex parte ſi minùs amoliri, ſaltèm prudentia & piorū precibus præmolliri vtcunque poterunt: atque Dei iram morum emendatione flectere, & moderatis conſilijs publica mala temperare. Etenim huiuſmodi portēta ſcelerum noſtrorum plerunq; ſunt flagella: quæ & ſi ſæuum, neſcio quid, minitātur, poſſunt nihilominùs planctu, ieiunijs & ſupplicatione mitigari. In quo reprobamus opiniōes Stoicorum, qui fata & impendentia mala mutari, mitigariue poſſe negant. Nam (vt inquit Ptholomeus in Almageſto ſuo) Vir ſapiens dominabitur aſtris. Nam ſcientiæ huius profeſſor (inquit ipſe Aphoriſmo quīto) multos effectus

Reprobatio Stoicorum ſententiæ.

ſtella-

stellarum euertere potest, quando nec naturas illarum ignorat, & seipsum, antequàm effectus accidat, diligenter preparauerit. Quãdo itaque cœlo nunquàm sunt, vt loquitur Poëta, spectati impunè cometæ. Nam rerum cœli & naturæ magistri Græci Latini, et etiã Arabes tradũt, crinitos vniuersali significatione portẽdere ventos, aquarũ penuriam, annonæ sterilitatem, pestẽ, bella, & quæ illa sequi solent, aut his affinia esse pro stellarum vi & natura, vt inquit Antonius Mizaldus, vir doctissimus atque harum rerũ scriptor diligentissimus in sua Cometographia, a quibus reguntur, excitantur, aut sursum pertrahuntur. Id quod approbant Marcus Manilius lib. I. astrono. & Iouianus Pontanus in suis Meteorologicis.

Antonius Mizaldus.

Marcus manilius Iouianus pontanus.

Porrò de coniunctionibus magnis, eclipsibus ac cometis passim obuia sũt

apud

apud artifices vetuſtiſsima exempla magnarum mutationum, quæ ſecutæ ſunt: ea, qui volunt, petant a ſuis autoribus, ſed nos aliqua exempla recenſebimus.

In expeditione illa Xerxis, qua nulla maior copiarum numero in hiſtoriarum lectione reperitur, viſus eſt Sol obſcuratus, et κερατοειδὴς ardẽs, quorũ vterque admonebat Xerxem de triſti exitu eius expeditionis

Primo anno belli Peloponneſiaci, quod inter ſe Græcæ ciuitates geſsêre, eclipſim Solis tantam fuiße proditum eſt, vt ſtellæ medio die quaſi nocturnis tenebris inuoluto mundo fulgerent.

Et paulò antè cometa ingens conſpectus eſt, mox tãta vis ventorum coorta eſt, vt lapidem vehiculi magnitudine a rupe auulſum in ſublime turbo ferret. Eã verò tempeſtatem prædixerat Anaxagoras.

Sub

Sub Claudio Imperatore cōspecti sunt tres soles, Galbæ, Ottonis, & Vitellij bella ciuilia de imperio significarunt.

Antequàm Hierosolyma euersa est, quantum fuit prodigiorũ, Eclypsium, tristium coniunctionum? Hæc denunciabant excidium illis miserrimis Ciuitatibus.

Temporibus Iulij Cæsaris Cometa Romanum imperium in indigenã trãslatum iri, vnà cum morte Cæsaris significauit.

Sed ab his vetustioribus exemplis ad recentiora descendamus, quæ tanto plus habent fidei, quãto sunt notiora.

Anno Millesimo. CCCC. LXXVII Cometes lugubris cæruleo colore subniger, qui Saturno adscribitur, putaturque interitus magnatum, ac cædes portẽdere apparuit. Eo anno frumẽti caritas in his regionibus inaudita fuit Et Carolus Burgundus ad oppidum Nau-

Nanceiam in prælio acerrimè dimicās occiditur.

Anno millesimo quingentesimo, quo inuictissimus imperator noster Carolus huius nominis Quintus, et Solimānus Imperator Turcarum nati sunt, mense Aprili conspectus est Cometes.

Alter paulò antè mortem Philippi Hispaniarum regis imperatoris Caroli patris, visus est, circa plaustrum in Septentrionali parte videlicet anno millesimo quingentesimo sexto.

Anno millesimo quingentesimo decimo nono mors Cæsaris Maximiliani fidem fecit præcedenti Eclipsi solis anno millesimo quingentesimo decimo octauo.

Anno præterea millesimo quingētesimo trigesimo quarto, vidimus duas Eclipses Luminarium, quas defectiones hi euentus sequuti sunt, nempe exorta est seditio Anabaptistarum in

Imperator Carolus Thunetũ occupauit.

Vuestphalia. Imperator noster Carolus Quintus Thunetum occupauit, et multa bella in his regiõibus orta sunt inter inuictissimum nostrum Imperatorem Carolum, & Franciscum Regẽ Galliæ.

Eodem tempore Turci Italiam inuaserũt, sed à Cæsare viriliter repulsi fuerunt.

Et, vt aliquid de Cometis commemoremus, anno millesimo quingentesimo trigesimo primo, fulsit in his regionibus Cometes in parte occidentali. Paulo post motum est Helueticum bellum pro religione, qui ter domiti, tandẽ autor sectæ eorũ, in media classe trucidatur, videlicet præceptor cum discipulis.

Mortis generosissimæ Heroicæ Margaretæ Cæsaris amitæ fidẽ etiam fecit prædictus Cometa.

Anno millesimo quingentesimo trigesimo

gesimo tertio dirus Cometa fulsit in parte Septētrionali per spatium quindecim dierū, posthæc oriebatur secta Anabaptistarum, de qua suprà diximus.

Hæc sunt igitur mirabilia magna admiranda atque stupenda, quæ solis & Astrorum, aliarumq́ue impreßionum virtute atque efficientia fieri quotidie conspicimus: quædam quidem frequētiùs, alia rariùs, iuxta quod Naturæ cursus expostulat, & iuxta voluntatē Dei Opt. Max. Omnia enim hæc faciūt verbum eius, eiusq́ue iussa obedienter perficiunt, ad laudem gloriæ eius.

Plura adhuc adferre possem etiam nostro tempore & memoria facta, sed ea omitto ob breuitatis studium. At id vnum dicam, quòd tetri defectus luminarium præcedentis anni Millesimi quingentesimi quinquagesimi primi, maximas & horribiles calamitates

plurimis gẽtibus ac nationibus portẽdunt. Quapropter Deus seriò inuocandus est, vt, & hæc publica mala mitiget, & ecclesiam atque literarum studia conseruet.

¶ Ex his historijs (doctissime lector) colligere potes, quantum emolumenti omnibus ex Astrorum scientia prouenit, præcipueq́ue Medicinæ. Neq; audiendos duco istos cauillatores, inter quos primas partes tenet, quicunq; eorum clamosissimus est, & impudẽtissimus, & linguæ fremitu audacissimus.

Petrarcha De quibus ait Petrarcha: siue is stili pudor, siue ignorantiæ confessio est, lingua implacabiles sunt: nã qui verbosior est, is inter eos videtur doctior.

¶ Quamobrem Rapardum naturæ cõtemptorem, ac diuini sapiẽtissimi creatoris prouidentiæ derisorem longissimè a cœtu philosophico arcebimus, cũ tam agresti, ferreo & monstroso sit

animo, vt artem tot exemplis, experientijs, rationibus & sententijs peritorum suffultam, ausus sit suis conuicijs contaminare. Nam si vel scintillã bonæ mentis, ac iudicij habuisset, aures arrigere debebat, ad summi illius Prophetæ ac legislatoris vocem, cũ inquit, Et erunt lumina (de sideribus loquitur) in signa, tempora, dies & annos. Hic cœleste oraculũ præcipit generi humano, vt certas anni metas diuinitùs propositas, discat obseruare, & interualla annorũ consideret, quod sine eruditione ac motus Astrorum cognitione nequaquàm fieri potest.

¶ Quòd si voluit Deus (vt prophetæ verba apertè testantur) ea signa mũdo proposita ad varios euentus humano generi significandos (non enim signa esse possunt, quæ nobis nihil monstrẽt aut portẽdant) quo iure quæso iste nouus Philosophaster, inspectionem, inuesti-

ueſtigationem, obſeruationemque prohibere vult? cùm tamen omnium ſeculorum exemplis compertum ſit, tã tetras & inſolentes obſcurationes, & impreſſiones pulcherrimorum in natura corporum vehemẽter percellere, & attonitas reddere omnium hominũ mentes, qui ſuæ ſpontis ſunt & non prorſus Epicuræum cõtemptũ Dei induerunt. Deinde verò docet perpetuus omnium hiſtoriarum conſenſus, quòd hæc cœleſtia oſtẽta haud quaquã ſunt ἄσημα, ſed prænuntia multarũ & magnarum calamitatum, quæ impendent cùm ſingulis ſceleratis & facinoroſis hoĩbus, tũ integris regnis ac rebuſpublicis, quæ funditùs intereunt ac euertuntur, quando deſinunt eſſe ciuilium virtutum officinæ, quando ij, qui præſunt, non ampliùs tuẽtur diſciplinam, ac Plebs ſibi permiſſa impunè ruit in oẽ genus ſcelerũ, et flagitiorum. Quare

magis

magis mirum eſt hanc præſtantiſsimã partem Philoſophiæ noſtra tempeſtate iacere adeò ſpretam, ac neglectã, vt res nihili & inutilis, vt pauci ſint reliqui non modò cultores, verumetiam patroni et Moecenates, qui harũ artiũ præſtantiã admirentur, eaſque ſua liberalitate fouendas cenſeant. verũ has querelas non audiunt denegeres naturæ, præſertim his poſtremis tẽporibus quibus nihil iam præter lucrum dulce eſt. Quãdoquidẽ, qui abiecto, atq; ſordido ſunt animo, ſuis ſibi placent tenebris, ſuis fumis, ſuis nebulis. Nos contrà ſemper magis magiſque ad veritatis lucẽ accedẽtes, quas ſequuti ſumus olim tenebras, deteſtamur, fumos autẽ fugamus, ac nebulas ignorãtiæ diſpellimus, veritatẽ quærimus, nec propter ĩſulſa cõuitia et argumẽta ſycophãtarũ a bono ĩſtituto deduci poſsumus. qui cũ nec dicere, nec facere quicquã pbãdũ

poſsint,

possint, in eo studio ætatē consumunt, vt ex inuidia, dicta & facta aliorū cauillentur & reprehendant.

Mutationes aeris cognoscere, & prędicere debent Medici.

QVantùm conducat veris Medicis cognoscere futuras affectiones aeris ac præcognoscere, liquet ex Hippocrate libro de Aëre, Aquis, & locis, vbi statim in principio ait. Quicunque artem medicam integrè adsequi velit, primùm quidem temporum anni rationem habere debet, quantùm potentia quodlibet eorum valeat &c. Quare qui ea studiosè rimatus fuerit, vniuscuiusque temporis ac anni futuri constitutionem prædicere poterit, qui videlicet morbi communi affectione ciuitatem sint inuasuri tum æstate tū hyeme, & quecunq; pericula vnicuiq; sint timēda ex dietæ ac victus immutatione. Quum enim temporum mutationes,

tiões, et Astrorum ortus et occasus obseruauerit, quemadmodum singula horum eueniant, prænoscet vtique & de anno, qualis sit hic futurus. Hoc nãq; modo si quis rimatus fuerit, ac præcognouerit tẽporum occasiones, maximè de singulis sciet vtplurimumq́ue sanitatem adsequetur, & recta via procedet non minima artis suæ gloria. Quòd si cui hæc sublimiora videantur, is, si ab hac sententia discedat, discet sanè non minimam partem conferre ad rem medicam ipsam Astronomiã, sed omninò plurimam, quum vnà cum temporibus & ventriculi in hominibus mutentur. Cæterũ de annis hoc modo consideratione facta, quis cognoscere possit, qualísnam annus sit futurus, saluber ne an morbosus: maximè autẽ obseruare oportet, vt neque medicinas in illis libentes exhibeamus, neque vramus quæ circa vẽtrem, neque secemus

Astronomia pars medicinæ præcipua.

prius-

priuſquàm prætereant dies decem aut
plures & non pauciores. Periculoſiſ-
ſima ſunt etiam Æquinoctium vtrūq;,
magis verò Autumnale. Oportet autē
& Aſtrorū exortus conſiderare, præ-
cipuè Canis, dèinde Arcturi & Pleia-
dum occaſum. Morbi enim in his maxi
mè diebus iudicātur, alijq́ue perimūt,
alij verò deſinunt, aut in aliam ſpeciē,
aliumq́ue ſtatum tranſmutantur.

Et rurſus lib. 1. De dieta ſeu ratiōe vi-
ctus inquit. Sed & aſtrorum ortus &
occaſus cognoſcere oportet, quo muta-
tiones & acceſſus ciborum ac potuum
& ventorum & totius mundi, ex qui-
bus ſanè morbi hominibus oriuntur,
obſeruare ſciat. Et in lib. De humori-
bus. Qualia ſunt tempora, tales erunt
etiam morbi & conſtitutiones ex ip-
ſis. Si tempora tempeſtiuè & ordinatè
ſe habuerint, morbos iudicatu faciles
faciunt. Vernaculi autem temporum

morbi

morbi iudicant mutationes, & prout euariauerit tempus, ſimiles aut diſsimiles erunt morbi, qui in hoc tempore oriũtur. Et Iterum lib. 4. De morbis. ſi in homine fuerit aliquid morboſi, et ea, quæ ex cœlo obueniunt, incommoda fuerint, & caleſcat homo, turbatur humor omnis in corpore caleſcens.

¶ Déinde Aphoriſmo primo libri tertij. Mutationes temporũ maximè pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes frigoris aut caloris, et reliqua iuxta rationem hoc modo. Et per totam illam ſectionem oſtendit particulatim diuerſos affectus oriẽtes ex intemperaturis anni.

Próinde, omnes, qui proſpera valetudine vitáque lõgæua fuêre, in hæc potiſsimùm incubuerunt, teſtes ſunt Pythagoras, Democritus, Apollonius Theanæus,

Generoſi

Sing. tẽpora morbi ex ſtatu Aeris præcognoſcere.

Generoſi ergo medici atque arte Hip-
pocratica digni eſt officiũ, futurũ ſta-
tum Aëris præcognoſcere. Cùm omnẽ
victus rationem, ad ipſum inſpiciẽs in-
ſtituere probè poterit, eadem ratione
principium, augmentũ, ſtatum, ac de-
clinationem morbi cognoſcere. Siqui-
dem anni tempora, vt autor eſt Hippo
crates, morborum conſtitutiones præ-
nuntiant, cur minùs diuerſitas Aëris
hæc oſtẽdet? cùm tamen continuè cor-
pora noſtra, velimus nolimus, magnas
ab illo patiantur alterationes mutati-
oneſque: verùm, qui hæc ignorat, hic
nec minimã artis medicinæ partẽ eſt aſ
ſecutus. Porrò Ariſtoteles loco ſuperi-
ùs a nobis citato eruditiſſimè ratioci-
natur, quòd ſit haud dubiè motus cœle
ſtiũ corporũ efficax in hæc ĩferiora, in
quo etiã oẽs Pythagorici et Academici
cõueniũt, quòd cœlo agendi, terræ verò
patiẽdi naturã ineſſe ꝓbè intelligerẽt.

Quo

Quo igitur ore, qui medicus & philosophus perhiberi vult, tantorũ virorum autoritatem, & iudicium vel eludit vel reprehendit? quorum alter vim mouẽdi in hæc inferiora cœlo defluere, alter ex ortu & occasu diuerso syderum, non anni solùm, sed morborũ etiam qualitatem iudicari posse affirmat. Quamobrem monendi mihi videtur Philosophi, quòd potiùs hac in re Aristotelem, Medici verò Hippocratem, Principes totius doctrinæ, de rebus naturalibus audire debeant, quàm imperitorum hominũ, partim stultis ac nugatorijs, partim iniquis auscultare iudicijs. Nam cùm in inferioribus ac rebus caducis, nihil tam exiguũ abiectumq́ue inueniatur, quod nõ habeat peculiarem quandã vim, qua frõte quæso id de cœlo ac stellis in eo hærentibus pernegabimus? quæ reliqua mundi corpora pulchritudine, purita- te, per-

te, perpetuitate, luce deniq; qua nihil habet hoc vniuersum efficacius aut mirabilius, lōgissimè antecellunt. Deinde, cùm quotidianis exemplis & experientijs videamus, ob intemperātiam & prauā qualitatem Aëris, quæ (vt ostendimus) ab astrorum effectibus prouenit, segetes, fruges, legumina & alias plantas, continuò in alias vitiosas degenerare, vt triticū in secale vel in vitiosū loliū, auenā in Aegylopē, hordeum quoque in lolium, Betam in Rapam & Triticū (autore Teophrasto) plenilunijs potissimùm erugine capitur, ob Lunæ humiditatem, quæ noctu lucet. Pròinde, vbi ob talē tempestatem marcescūt, diuersa & nocua generantur animalcula, vt in tritico curculiones, cantharides: in fabis Mydæ, in eruo Phalangiū, in vitibus vermis Ips dictus. Siquidem morbi omnibus seminibus, eodem Teophrastro

Frugū degeratio vnde.

atte-

atteſtante, ob alimenti cœlique intem-periem eueniũt, próinde rationem ha-bendam eſſe temporis ſationis maximè iubet, nam aptiſsimum eſt vergilijs o-rientibus.

Hoc etiam tempore, quo hæc ſcribe-bã, videlicet ſtatim ab Epiphania An. 1552. per multos dies, ac noctes cõtinui fere hymbres ac tempeſtuoſa cœli fa-cies cum apertione portarum, ventorũ ac pluuiarum fuit, propter trinum ad-ſpectum Saturni et Lunæ, oppoſitionẽ Solis & Iouis, coniunctionem Martis et mercurij, oppoſitionẽ veneris et mar tis ad Lunã in ſignis humidis et ꝓpter ingreſſum ſolis in Aquarium. Galenus præterea libro De ſpermate, vbi de al-teratione planetarum loquitur, ſic ait, quatuor ſunt Elementa, ac tem-poraneæ mutationes, quæ fiunt ſecũ-dum curſum & rationem ſignorum & Planetarum. Temporum quidem

aliud

Diuersitates dispositionū ānorū vnde oriatur.

aliud est calidum et siccum, vt Aestas, & hoc fit ex natura signorum eiusdem complexionis, scilicet calida & sicca, et ita de alijs partibus anni. Et vnūquodque tempus secundum naturam suorum signorum acuit & mouet materiem Elementorū, quæ sibi est cōueniens: quod tamen aliquādo mutari solet. Nam cùm Æstas debeat esse calida & sicca naturaliter, tamen eius calor minuitur et temperatur ex frigiditate, non ex sua natura, sed signorum. Nā si signum frigidū, vt Capricornus, & planetæ frigidi dominantur in aliquo anno, ille erit per totum frigidior solito, quoniam calor æstatis mitigabitur illorum effectu frigido: frigiditas Autumni & Hyemis augebitur. Si autem signum calidum & planetæ calidi habuerint potestatē, ānus erit æstuosus pro ratione maioris & minoris, sic intelligendū de alijs qualitatibus,

tatibus. Ex quibus oriuntur diuersitates & varietates dispositionum annorum, Quod etiam his duobus annis 1550. & 1551. vnusquisque obseruare potuit. Nam præcedenti Hyeme fuit per multos dies ingens gelu, & dispositio anni vergens ad frigiditates. Hac verò hyeme magnus admodùm Aëris tepor extitit, vnde nobis expectandi sunt teste ipso Galeno, & Hyppocrate libro tertio Aphorismorum, Aphorismo duodecimo, morbi putridi & mortiferi, ac mulieres, quæ verè parituræ sunt, ex minima occasione facient abortum. Quod autem dictum est de prædictis signis & planetis, quæ in eis sunt, de reliquis intellige signis & planetis.

Ex his igitur satìs constat, Elementa & inferiora corpora à syderum diuersis effectibus & paßionibus alterari, vndè in multis quædam apparent

Plãtæ mineralia & huiusmodi oĩa alia facultates suas ab astris accipiunt.

apud imperitum vulgus, quod rationes et caussas ignorat, veluti miracula vt in plantis, quæ (attestante Galeno) a proprietate totius substantiæ, & facultate quadam occulta agunt, quas facultates ab Astrorum influentia receperunt, vt Cantharides, quæ solã vesicam inter cætera viscera afficiunt. Magnes ferrũ allicit, Rhabarbarũ bilem, Agaricum pituitam, Epithimum atram bilem, insuper Strutiocamelus ferrum coquẽdo atterit. Quæ est caussa, cur leo animal alioqui ferocissimũ et audicissimũ vereatur ac timeat gallum gellinaceum? nisi quòd inferiora, lege quodãmodò naturæ superiora timeãt, vereantur, atque illis obediãt? Quoniã enim Gallus cœlestis in Phœbæo cardine superior leone cœlesti, animal leonem inclinat ad animal gallum verendum et formidandum, hac de caussa magnetem videmus ferrum trahere

trahere

trahere, cùm superiorem gradũ in ip-
sa vrsæ proprietate teneat ipse Mag-
nes, ĩferiorem verò ferrũ. Terrestriũ
enim dotes, a dotibus cœlestiũ haben-
tur. Nam, quod primum est genere et
ordine generatum, virtutem suam per
modum cuique congruũ omnibus pro-
culdubio ingenerat sequentibus. Hãc
ob rem animalium inferiorum formæ,
ac eorum complexiones a superiorum
formis et eorum virtutibus naturali-
ter habẽtur. Nam quicquid sub luna-
ri circulo continetnr, secundum influ-
entiam corporum superiorum dispo-
nitur, natura regitur & alteratur.
Igitur, quicquid fit in materia cor-
ruptibili, iam factum est in virtu-
te cœlesti, cùm nihil vsquàm sit, cu-
ius ortum legitima non præcesserit
caussa. Nam cùm proprietates eius-
modi earumque effectus elementari

 vir-

virtute constare non possint, necessum est per ipsos stellarum radios singulariter proficisci, & idcirco complura, vt Pæonia cõtra Epilepsiã siue morbũ caducum, Corallus & Calcidonius cõtra illusiones atræ bilis &c. non solùm intùs assumpta, sed etiam, si carnẽ tangant, ibiq́ calefactu virtutem suã promant, vim indè cœlestem corporibus & spiritibus inserunt, qua se contra Pestem, Venena & alios morbos tuẽtur. Quòd autem hæc similiáque tale aliquid agant virtute cœlesti, id argumento est, quòd etiam exiguo pondere sumpta non exiguum habent in agẽdo momentum. Iam quid de facultatibus corporis nostri dicemus? Nulla sanè elementorum temperatura, caussa esse potest, cur vẽtriculus cibum arctissimè comprehendat, eumq́ue contineat quoad plenè sit concoctus, huncq́ue depellat mox vt concoctus subactusq́ fuerit,

Præcipuæ facultates corporis nostri suas vires a cœlestibus recipiunt.

fuerit: cur vterus nouem integris mẽsibus fœtum suo complexu teneat, neq̃ hunc priùs elabi sinat, quàm ad absolutionẽ peruenerit. Nã has functiones efficit vis quedã elemẽtis præstantior atq; diuinior, astrorũ videlicet vis atq; facultas. Proinde Hyppocrates in libro de aëre, aquis & locis eruditè refert caussas diuersitatis naturarũ ĩ diuersis locis ad lumina cœlestia, cùm ait Asiã plurimùm differre ab Europa secundum naturas omnium ex terra nascentium, itemq́ue hominũ. Lõgè enim pulchriora & maiora omnia nascuntur in Asia propter temperatã totius anni mixturam, cuius hanc allegat caußam, quòd ea regio in medio solis (cuius vestigia etiam reliqui Planetæ sectãtur) exortu ad aurorã sita, a frigiditate & caliditate oĩ remotior sit. Et Galenus libro suprà allegato, dicit potestatẽ Planetarũ non eodẽ modo

Diuersitas inter homines vnde fiat.

 se ha-

se habere in oĩbus partibus totius ter=
ræ. Climata enim mũdi sunt septẽ secũ=
dũ planetarũ rationem. Diuersæ enim
cœli plagæ, varij planetarũ motus, sig=
naq; diuersa, aliã atq; aliã virtutẽ gerẽ
tes in climatibus diuersis dißimiliter
ĩsinuãt, hac de re hoĩs, qui sub climate
dyameroes degũt, lõge ab illis, qui sub
climate dyaripheos aut dyaboristenes,
sub cæterisque climatibus natura &
moribus distãt. Anno igitur capricor=
ni, qui ẽ frigidus et siccus, ẽ maior fri=
giditas et siccitas in partibus illius ter
ræ, quæ ꝓpriè sũt sub planeta Saturno
qui frigidus & siccus est. Nã cũ illæ
partes terræ naturaliter sint frigidæ
& siccæ, tamen ex natura & potesta=
te Saturni & Capricorni, quam habẽt
illo tempore, magìs mouentur & per=
turbãtur, qũa aliæ terræ, quæ nõ sunt
propriæ eorum. Nã quibus regiõibus
astrorum particularium influxus di=
rectiùs

Sub diuersis Climatibus diuersi sunt hoĩes.

rectiùs diffunduntur, illorum effectus in illis clariùs, fusiusq apparet. Hac de re Leones etiam alicubi, & Scorpiones alibi, ceteraq̀ue animantium genera, secundum dispositionem susceptibilium diuersimodè gignuntur, quoniã cœlestes orbes, varios planetarum signorumq́ue adspectus regẽtes, varias corporum effigies, variasq́ue cõplexionee, etiam in eiusdem speciei animalibus sæpissimè producunt. Multiplex enim diuersaq́ue eorum virtus in hæc inferiora, formarum & morum multitudinem parit, hãc ob rẽ nõnulli taurinam effigiem & asino rudiores mores habent. Sunt & aliæ in terris mutationes secũdũ diuersos situs aut Orientales aut Septẽtrionales, Occidẽtalales vel Meridionales Hippocrate teste lib.ij, De ratione victus, vel secundum essentiam earum. Consideret ergo Medicus, an sit mutatio tẽporũ ꝑpria, an ac-

Regionũ diuersitas ob diuersos situs.

an accidẽtalis. Si enim ſunt paſsiones ex natura terræ, aliud exigunt medicamẽtum, quàm ex mutatione temporum naturaliter & accidentaliter.

Marſilius Fiſcinus.

Quòd magnam habeant vim ſigna in generãdis morbis, patet (inquit Marſilius Fiſcinus vir & pietate et eruditione inſignis) in Babylonia & Ægypto & regionibus ſpectãtibus ad Leonem, vbi Sol Leonem intrãs, epidemiam, quæ anteà graſſatur, paſsim ſedat. Próinde, quantas inter homines differentias videmus in ipſa Europa, tũ quod ad magnitudinẽ attinet, tũ quod ad formam et mores, quæ (eodem Hippocrate atteſtante) oriuntnr propter temporũ mutationes apud eos magnas & frequentes. Sed quid mirum, cùm incolæ eiuſdem patriæ inter ſe valde differant? Siquidem aliter morigerati ſunt montium incolæ, aliter qui circa paludes & ſtagna degunt, & omnium

opti-

optimè, qui in cāpis perflatilibus remotis a mōtibus & fluuijs ac lacubus, habitāt, tales enim bonæ ſunt amicitiæ, atque manſueti, lentéque ſeneſcūt: qui verò in locis profundis, paludoſiſque degunt, paruæ ſunt amicitiæ, velociſq; ſenectutis.

Porrò, qui in parte meridionali eiuſdem regionis morantur, ab illis qui verſus ſeptentrionem degunt, multùm differunt. Imò quantum differentiæ, quantum diſsimilitudinis inter ciues eiuſdem ciuitatis. Oſtendere enim non poſsemus duos in tantis millibus hominum, qui eadem ac ſimilia membrorū lineamēta habeant. Imò patres, liberi, fratres, cùm tamen ſit vnico omnium neceſsitudo ſanguine iuncta, diuerſa tamen formarum deſignatione cernūtur, vndè etiā ſinguli ſeſe propria corporis lineatione cognoſcunt, nec inuenitur aliquis ita ſimilis, vt non vultus

eius

eius, ab alterius vultu ex aliqua parte dissentiat, vndè constat generis quidē nostri substantiam, & ipsam nudi ac solius corporis formam ex quatuor Elementorum coniūctione, prouidi numinis artificio esse formatam. Colores verò nobis ac formas, mores etiam & instituta de nulla re alia, nisi Stellarum perenni cursus agitatione, distribui. Nam astrorum virtutes ad Elemētorum, et elemēta ad elemētatorū dispositiones naturaliter se habent, vt cōtinēs ad suū cōtētū: Nā etsi planetæ superiores, et astra remotiora, corpora hæc īferiora illico immutare nequeāt, luna tn̄ nobis propinqua, ipsorū qualitatibus & potentijs imbuta, hæc mixta inferiora secundum superiorū virtutes alterare & immutare potest. Quidquid enī ab astris superioribus diffunditur, lunæ sphæra suscipit, & postmodùm dimittit in hæc inferiora.

Colores diuersi formæq; diuersæ ī hominibus ab Astris proueniunt

Sed

Sed egregius iste Astrologorum calumniator deberet esse contentus Galeni verissimo iudicio, dicentis in libro De spermate hoc pacto. Contingit etiam aliquando infantem neutri parentum esse similem, & hoc fieri per naturam planetarum.

Philosophi inquit, indubitanter asserunt (teste Hyppocrate) quod omnis substantia corporea animata iuncta sit & ligata in planetis & signis, quatuorque Elementorum nexibus, idque approbat exemplo Alexandri imperatoris Macedoniæ.

Postea, a signis cœlestibus ducunt Elementa rerum naturas suas, & qualitates, & opera Planetarum complentur, & perficiuntur per prædicta signa: & quia Elementa iuncta sunt signis naturaliter, etiam ex Elementis constat omnis substantia corporea animata.

Ergo

Ergo elementa opus recipiunt planetarum a signis, & illud attrahunt substantiæ animatæ corporeæ, & illud esse, natura a signis habet. Ex quibus liquet hanc partem Philosophiæ, quæ euentum & caussas rerum indicat, a nullo vnqùã docto viro neglectam, verumetiam ab Indis, Arabibus, Chaldæis, Ægyptijs, græcis, et latinis diuersarumque religionum professoribus, summis laboribus cõquisitã tanquàm Thesaurum totius philosophiæ maximê necessarium.

Morborum Iudicationes ab Astris potissimum petendæ sunt.

QVãtũ momẽti habeãt etiã astra in iudicãdis morbis, licet videre ex Galeno, libro de diebus criticis tertio, quamuìs tamẽ eius supputatio non exacta sit, sed tãtùm coniecturalis, et vtcunq; veritati propinqua, quòd supputatio vera motuum cœle-

cœlestium nondum Græcis hominibus ipsius tēpore, plenè esset cognita, & si contēporanei fuerint Galenus et Ptholomæus, qui huius veræ et exactæ supputationis fuit inuentor, (ambo enim sub Antonio pio imperatore fuerunt) illas tamen ad Galenū non venisse certum est, verùm ipse libro iam citato, dicit, lunā significare super dies, qualiter erit dispositio hominis in eis, in ægritudine & in sanitate sua. Nam si applicentur Lunæ stellæ erraticæ fortunatæ, erunt illi dies homini conuenientes, et terminabitur Crisis vt plurimùm in bonum. Si autem ei applicētur stellæ infortunatæ, erunt illi dies homini dies læsionis & tristitiæ, terminabiturque Crisis in malum. Ponit de hoc Galenus exemplum, quod cùm homo nascitur et fortuna reperitur in Ariete, et infortunium in Tauro, tūc homo iste proculdubio, quando Luna

Galenus et Ptholomæus cōtemporanei fuerunt

Exemplum

est in

est in ariete, aut in cancro, vel in libra
aut capricorno, dispositionem habebit
bonam. Sed quando est in Tauro, aut
in signis quadratis a tauro, aut signo
opposito: sicut sunt Leo, Scorpius, &
Aquarius, tunc dispositio eius erit ma-
la & ægritudines illius hominis, quæ
ei accident. Deinde nos inuenimus, in-
quit, quòd omnium, quæ accidunt in
numero dierũ, in omnibus rebus caus-
sa non est nisi Luna. Nam dies critici
in Chronicis insequuntur motum So-
lis, in acutis autẽ Lunæ, quod sic pro-
batur: Quicquid adhæret vni, vna via
& ordine vno, adhæret illi per caussã
& principium omnis mutationis &
motus, & alterationis, quæ sunt & fi-
unt in omnibus inferioribus, vndè eti-
am omne pulchrum & honestum à su-
perioribus prouenit: tale autem princi
pium, et caussa Aristoteli octauo Phy
sicorum & Primo meteororũ est mo-
tus

tus corporũ cœlestiũ. Sed motus creticus adhæret vni viæ, & ordini vni, vt patet per experientiam, quare colligimus hoc prouenire ex motu superiorum & eorum influxu præcipuè Solis & Lunæ. Nã veluti Sol operatur per motum suum in quatuor quadris circuli signorum in egritudinibus diuturnis, ita luna in acutis mutationes motu suo efficit per quatuor quadras signorum zodiaci. Iam per quadras Solis distinguũtur quatuor tẽpora anni, pro quorum diuersitate, accessu & recessu Solis, Aër variè alteratur, hinc fit quòd ægritudo, quæ hyeme incipit, in æstate terminatur, quæ verò fit in vere, in Autũno. Próinde, vt testatur Galenus libro suprà allegato, tertio, De diebus criticis, capite sexto, Ægritudines & acutorum morborum Crises referuntur ad motum Lunæ tribus de caussis.

Crises Solis

Crises lunæ

Prima

Prima eſt, quia Luna eſt nobis propinqua. Nam quanto agens paſſo propinquius eſt, tãto operatur efficacius, Ariſtoteles de generatione & corruptione primo, & Ptholomæus Aphoriſmo ſexageſimo primo dicit. Luna ſignificat ea, quæ ſunt corporis, quia illi ſecundum naturam ſimilia ſunt.

Secũda cauſſa eſt, quia ipſa motrix eſt atque cõciliatrix humorum, quod teſtatur Ptholomæus Aphoriſmo quĩquageſimo ſexto, dicẽs, in prima quadratura, hoc eſt, poſteaquã Luna exierit a coniunctione ſolis, vſque ad ſecundam effluunt corporum humiditates, in reliquis verò minuũtur, id quod etiam multipliciter confirmatur experientia, vt in fluxu & refluxu maris, in oſtreis & cancris & pleriſq; animalibus maritimis, quæ creſcente Luna, ſucculentiora ſunt quàm decreſcente. Item per arbores cæſas, per ſues mactatas

tas, & id genus similia. Etenim ligna cæsa atque carnes mactatæ decrescẽte Luna diuturniores sunt, id quod Plinius affirmat, libro. XVIII. capite. XXXII. Item per ægrotos, præcipuè eorum, qui solent cursu humorum ad artus & iuncturas molestari, & in vulneratis. Item morbi omnes ex plenitudine facti, aucta Luna lumine, augẽtur & crescũt, et ipsa decrescẽte decrescunt et minuuntur: qui verò ex inanitione fiunt, in oppositum se habent.

Plinius

Morbi ex plenitudĩe.

Tertia caussa est, quòd motus Lunæ per sexdecim angulos rectè cõuenit cũ motu virtutis contra humorem, quod Ptholomæus affirmat Aphorismo sexagesimo, dicens, In ægrotis respice criticos dies, & locum Lunæ in angulis figuræ sedecim laterum, quando enim hos angulos infortunatos inueneris, bene scies de ægroto futurum. Quando verò fortunatos, contrarium intellige.

Idem quoque multis locis De criticis diebus ostēdit Galenus. Sol enim propriè operatur per mutationē Aëris manifestam, per quam terminat morbos diuturnos per motum autē eius in circulo signorum, transeundo ad loca opposita, per occultam proprietatem nihil efficit in crisi, vel si aliquid efficiat, exiguum est, et sensum nostrum fugit, attamē per modum fortunij vel infortunij efficit crisim, veluti & quilibet alius Planeta. Vides igitur (optime lector) quā pueriles, futiles, ac inanes veroq; medico & Philosopho indignæ sint Rapardi rationes (siquidē ad argumenta futilia confugere tenuitatem & infirmitatē ingenij arguit) qui gloriam ac famam sibi comparare putat suggillandis aliorum doctissimorum sententijs ac placitis. Sed qui accusat (authore Galeno) antequàm ea, quæ dicuntur, discēdo percipiat, audacius

Crises solis obscura.

ciùs

ciūs agit, atque impostorū more. Quod in hūc calumniatorē optimè quadrat: siquidem perperàm, Astrologiam criminās, Philosophorum placita accipit & ea quæ scripsit, mera nugamenta et figmenta sunt, & per quæ contradicit, seipsum prodit (vt ostensum est autoritate optimorum Philosophorum ac medicorum & experiētijs manifestis) Philosophiæ scientiæ ne Elemēta quidem tenens. Cui verò elementorum scientia non adsit, multò is sane minùs artis illlius aut eorum, quæ ab illa veniunt, tanquàm syllabas, nouerit. Itaque si primus ego aut vnus demum essem, qui hanc artem instituerem aut defendere, minùs fortasse audacter Rapardum accusarem. Verùm cùm hæc disciplina à tot & tantis viris sit cōprobata & laudata, audaciùs in hac descēdi arenam.

SVperest igitur, vt ostendamus tẽpus Phlebotomandi, Balneandi, Purgandi, esse in primis bonis ac doctis Medicis obseruandum. Quanquã autem hic calumniator asserat se neq; in Gallia, neque in Italia (vbi medicina potissimùm viget) vnquàm vidisse aliquem medicũ Almanach seu Prognostica emisisse: nec mirum sanè, cùm (vt vulgatum est prouerbium) simile suo simili gaudeat: nõ puto enim eũ cũ viris synceris ac eruditis commercium habuisse, sed potiùs impostorum atque ineruditorum turbam secutum. Sunt enim in Italia ac Gallia multi viri doctissimi, quorum nomina breui oratione omnia cõprehendi nequeunt, quorum monumenta passim & in his regionibus inueniuntur, qui in his calculationibus, ac obseruationibus horas

ras & tempus aliquod constituunt. Imò quicquid de hac disciplina egregiè, ac doctè scriptum habemus, præsertim ab Italia Germania aut Gallia prouenit. Nec id faciunt quæstus aut honoris gratia, sed vt reipublicæ vtilitati consulãt (quod optimi viri medici est) quanquàm, qui optimè consulunt, suspecti subinde habentur, præcipuè ab improbis hominibus, qui semper in rebus leuibus occupati, stulti tamen populi peruersitate maiorem gloriam adipiscuntur, quàm viri graues & honesti. Siquidem vulgi iudicia turbulenta sunt & omninò inconsiderata. Nec nouũ istud est, quòd medici secundum obseruationem Astrorũ se gerant, Nam et summi grauißimiq; viri hæc confirmauerunt, nec figmenta neotericorũ nouiter excogitata, cõtra rationem veterum ac neotericorũ doctißimorum sunt, vt asserit iste fa-

 sci-

ſcinator, qui hîc, vt alibi, linguam ſuã penſilem a mendacijs abſtinere nequiuit. Nam Euctemon et Meton, qui teſte Ptholomeo et Plinio fuere ante obitum Alexandri magni annis. C.viij. doctiſsimi medici ac Philoſophi, primi oſtenderũt, medicis habendam eſſe rationem aſtrorum in curandis morbis, primiq́ue tempeſtatum prognoſtica ediderunt ſingulis annis, idq́ue Athenis, vbi has diſciplinas profitebantur. Poſt hæc idem fecerunt oẽs, quotquot fuerunt doctiſsimi ſimul ac expertiſsimi medici ac Philoſophi, vſque in hoc tempus, quo, vt omnes diſciplinæ magis vigent, ita plures habent æmulatores. Nam omnia præcellentia ſemper comitem habent inuidiam.

Qui primi prognoſtica emiſeruvt.

Sed vt ad propoſitum redeamus, qui hæc faciunt ac obſeruãt, recta via (vt inquit Hippocrates) procedunt non minima ſuæ artis gloria. Quandoquidem

dem medicina absque illis nulla, aut saltē imperfectißima est. At homines stupidi alios eodem esse stupore putāt. vel quidē callidi in hoc fallūtur, q̄d se solos esse callidos, alios stupere putāt. Propterea sibi vsq; adeò placēt, si de argumēto absurdo et nouo dicere q̄ant, et paginas ī rixis, futilibusq; nugis ac cōuicijs repleāt, q̄ quidē vtilitatis nihil habēt, sed id dūtaxat p̄stāt hominibus (vt īquit Isocrates) ne otio et trāquillitate animi fruātur. Verū, qui gratū facere vulgo hoīum studet, nō vtilißima, sed nugacißima quæq;, et dicat & faciat. sed prudētes, vulgi stultitiæ studere nō debēt. Nō est igitur, quòd iste tantū blateret, medicos in suis Almanach frustrà certa signa, et notas ponere, quibus asserūt aliquos dies cōuenientiores eße Phlebotomijs Balneis et purgationibus: quandoquidem satìs abūdè demonstrauimus, cœlestia non solū in

plantas,

Cœlestia in omnia inferiora suas vires insinuant.

plantas, mineralia siue bruta animantia suas insinuare potentias: sed etiam in hominum naturas ac temperamenta, illa continuè alterantia pro diuersis suis qualitatibus atque paßionibus. Etenim virtutibus cœlestium propter motus immutatis, immutantur Elementa, illis autem immutatis, ea quoque immutantur, quæ ex elementis constant, vndè necessariò sequitur obseruandos maximè eorum diuersos effectus. Nec est quòd ipse taxet, & calumnietur Brugensium magistratum, qui sanciuit, vt omnes barbitonsores sese secundum Petri Bruhezij viri doctißimi Almanach regãt. Siquidẽ id optimi magistratus est curare, vt in republica, omnia syncerè, rectè, doctè ac minimè temerè regãtur ac componantur. Vtinam id & in alijs oĩbus ciuitatibus obseruaretur, neque medici aut chirurgi, quibus sanitas

Brugẽsium magistratus.

totius

totius reipublicæ committitur, recipe-rētur, niſi apprimè docti atque in rebus & diſciplinis philoſophicis verſati: ſic tot carnificinæ, tot p̄ mortes experientiæ paßim magno humanorum incommodo, ab imperitis naturæ hoſtibus infeſtißimis nō committerētur. Valde ergo laudandi ſunt medici, qui horas bonas in aſtrorum obſeruatiões aliquas collocant, vt veram atque ſecurißimam medicinæ viam aſſequantur. Quippe hæc ipſis cōueniunt, vt in res optimas & vtilißimas, ſtudium operamq́ue ſuam ponant.

Idcirco cùm tam in ſanitate quàm morbo (niſi acuto) mißio ſanguinis, Purgationesq́;, Balnea non vſque adeò expetuntur, niſi priùs ipſum corpus et diſpoſitio temporis ad hæc præparata fuerint ac bene diſpoſita, vtilius erit expectare, donec hæc omnia conueniant. Quoniam homo natus eſt, vt cogi-

tet & eligat, bestiæ vt festinent & præcipitētur, ac inconsiderate agant. Sicuti officium sapientis est, humanarum diuinarumque rerū cognitio, ita prudentis est bonarū malarumque rerum distinctio, apud quē nihil est subitum, sed totum ante prospectū. Sed ad rē. Sicuti paßim certa corpora eorūque formas certis & locis & temporibus coalescere & conseruari videmus, sic & proprias quasdam actiones ex proprijs quibusdam temporibus efficaciā nancisci. Siquidem primū omniū principium est mēsura, vt alijs corporibus actionibusque alia loca distribuerit atque tempora, vndè sicut quædam non alibi quàm hîc, nec alias quā tunc propriê nascuntur, feliciter & coalescnnt & seruantur: sic & materialis actio, motus, euentus talis vel talis, nō aliâs efficaciam sortitur, effectumque perfectum, quàm quando cœlestium concor

dantia,

dantia, aut consimilitudo ad idem vndique consonat. Quæ sanè talem potestatem habent, vt omnibus, præcipuè medicis mirificas ac mirabiles virtutes largiantur. Id quod a Ptholomæo viro doctissimo Astrologorum omniũ facilè principe De horis pro actionibus & operibus eligendis secundo Aphorismo ostẽsum est, vbi ait. Quãdo qui deliberat quæret ipsum melius, nõ erit inter ipsum & idæam ipsius vlla rerũ differentia. Quibus verbis, tum cœlestium, tum liberi arbitrij electionisq; nostræ potestatẽ confirmare videtur. Albertus quoque magnus in suo speculo ait. Non enim libertas arbitrij, ex electione horæ laudabilis coercetur, sed potiùs in magnarum rerum inceptionibus electionem horæ contemnere, est arbitrij præcipitatio, non libertas. Ex quibus liquet, quantum electiones in medicina prosint. Igitur nemo tantùm

Albertus magnus.

tùm

tùm ſuo ingenio fidere debet, vt do-
ctiſſimorum conſilia aſpernetur.
Porrò, qui doctiſſimam hanc iuxtà
ac tutiſſimam viam, et methodum me-
dendi inſequuntur, non vetant, vt om-
nia abſque limitatione faciamus, imò
tantũ abeſt, vt id diſſuadeant, vt hanc
vbiq; prædicẽt, nec volunt nos tã ſcru-
puloſos eſſe ſi neceſſitas morbi purga-
tionẽ per aluum, vel euacuationem per
ſanguinis miſsionẽ poſtulauerit, quin
ea faciamus. Quandoquidem in his re-
bus, quibus incolumitas aut conſerua-
tur aut recuperatur, geminum tempus
penſitandum nobis occurrit, vnũ ne-
ceſsitatis, alterum electionis. Quippe
non ignoramus in Peſtilẽtia, Angina,
In morbis acutis quid faciendum Pleuritide, Apoplexia et id genus mor
bis acutis, tempus electum nõ eſſe ob-
ſeruandum, neceſsitas nanq; legem nõ
Neceſsitas. habet, ſed ipſa ſibi legẽ facit. Nã quod
non eſt licitum in lege, neceſsitas facit
lici-

licitum. Tēpus igitur legis, vrgens necesßitas nō recipit: quare omni tempore, omni hora & interdiu & noctu vena inciditur, quod semper monuimus in nostris Almanach & prognosticationibus. Non suadent igitur Astrologi medici, vt non habita ratiōe caussæ morbi, loci affecti temperaturæ corporis, Symptomatis, Medicamenta ægris propinemus, vel adhibeamus (scimus enim id si faciendum sit, ex cōsilio boni medici nō ignari disciplinarum naturalium esse administrandum) sed vt cùm id facere voluerimus in morbis nō vsque adeò acutis ac vrgētibus, si horam ac dispositionem cœli idoneā obseruauerimus, omnia tutiùs ac feliciùs sequentur, quandoquidem pro ratione astrorum influentiæ, corpora nostra obnoxia sunt infinitis mutationibus, vt suprà satìs luculenter demonstrauimus, & adhuc demonstrare conabi-

Corpora nostra infinitis mutationibus obnoxia.

nabimur, autoritate Hippocratis, Ga
leneni & aliorũ doctiſſimorũ Philoſo
phorũ. Cæterũ ex temporibus anni, ad
omnem medicationem aptiſſimum eſt
Ver. Ver, ſiue id fiat per ſumenda, aut ad-
mouenda, ſiue per facienda, aut edu-
cenda. Vndè Hippocrates ſexto apho-
riſmorum. 47. Quibuſcunque venæ
ſectio, vel medicatio conuenit, hos ve-
re purgare, vel venam incidere opor-
tet. Nam teſte Auerroë ſeptimo Colli-
get. Tẽpus maximè conueniens Phle-
Aeſtas. botomiæ eſt Ver. tẽpus verò Æſtatis
hæc ꝑhibet omnia, propter debilitatẽ
virtutis corporis noſtri in illo & reſo-
lutionem ſpirituum. Quanquàm, ſi re-
quirat natura ægritudinis, faciendũ
eſt, ſed in minori quãtitate, vndè etiã
Hippocrates. 4. Aphoriſmorũ. 5. Sub
Cane et ante Canẽ moleſtæ ſunt purga-
Hyems. tiones. Tẽpus autem Hiemis prohibet
Phlebotomiã propter coagulationem
& craſ-

& craßitiem ſanguinis, quã habet in iſto tempore. Tempus verò Autumni, quod eſt propinquum æſtati in ſua tẽperantia ſiccitatis & caliditatis, non eſt conueniens, propter ſiccitatem & inæqualitatẽ atque turbationẽ ventorum: & propter debilitatem operationũ, & tẽpus calidũ quod præceſſit. Sed vt ĩquit Auerreos, Nõ priuatur prorſus Phlebotomia, videlicet cũ natura ægritudinis vrget. Ex quibus nõ obſcure infertur tẽpore calidißimo et frigidißimo euacuationes ac purgationes oẽs eſſe vitandas. Nec vrgent nos hîc inanes ratiũculæ Rapardi dicẽtis, q̃d his etiã tẽporibus dies aliqui a nobis & alijs, boni et euacuationibus idonei cẽſentur. Siquidẽ per has ipſemet ſeipſũ ſubuertit, cũ hæc ĩferiora diuerſorũ aſtrorũ qualitatibus, cõtinuè mutationes alteratiõeſue patiãtur: vnde fit, vt plurimi dies horũ tẽporũ tẽperatiores

Autumnus.

Auerris

ſubin-

ſubinde ac vtiliores ad euacuationes, quàm in ipſo vere, efficiantur. Imò & corpora noſtra, ad id patienda magis fluida & humidiora redduntur, cùm omnia hæc iſeriora ex mutuis aſpectibus, concurſibus, ſocietate, ac contrarietate ſuperiorum cœleſtium corporũ adficiantur. Quid præſtiturus eſt medicus quæſo, qui hæc neſcit, præſertim in morbis, qui ſecundum Lunæ variũ curſum in ſignis Zodiaci, Planetarũ nunc hoc, nunc altero accedente aſpectu aut letaliter incandeſcunt aut miteſcunt ſuauiter? quoniam modo venam pertundet? qua hora? quoue momento pharmacum ægroto propinabit Aſtrologiæ indoctus? Quo etiam modo corpora humidiora vel ſicciora quàm oporteat curabit Aſtrologiæ inſcius? Quo modo ſuperflua ſecabit? Iam, vt corpora rite ac debitè euacuentur, oportet illa fluida facere, teſtis eſt Hippocra-

pocrates libro ſecundo aphoriſmorum nono. Et Galenus libro. Quos oporteat purgare, & qualibus medicamentis. Quid enim vtilius, quàm vbi ipſa influētÿs, ſuperiorū talia efficiuntur quid multa? Nunquid & tu ipſe in egregio tuo flagello (quo nos deterruiſſes ſi titulo libri & inſcriptioni correſpōdiſſet opus) ſuades etiā obſeruādā eſſe Aëris conſtitutionem & tempus anni? Sed id obÿcies mihi, te non hæc velle obſeruari, niſi ex quotidianis experientÿs, attamen negare non vis nec potes, Aſtra magnam efficaciā in rebus diuinatricibus habere. Quibus te potiùs conuiciatorem eſſe quàm medicum deprehendimus: ſiquidem tibiipſi pugnantia ſæpe adfers in ſtudioſorum totiuſque reipublicæ detrimētū. Poſtremò temerarius ac nihili videris, dum priùs, quàm philoſophiam naturalem ac medicinam, & ea quæ ab

Hippocrate, Galeno, alijsque optimis doctissimisque viris dicuntur, intellexeris, refutationes conscribere sis aggressus. Propterea, inquiente Galeno Consultius quidem esset, si, queadmodum statutum legibus est, vt eadem qua reus pœna, si damnatus fuisset, puniretur, puniatur is, qui falso accusarit ita digna in eos erratorum pœna animaduerteretur, qui ijs, quæ ignorãt falsò contradicant: siquidem boni iudicis est, odisse & punire Calumniatores: Nam si sycophantis pœnæ irrogarentur, pauciores hominibus molesti essent. Etenim cùm hominis famã lædere leges prohibeant, quid de blasphemis in sapientiam ac doctrinam istam diuinam statuendum est? Propterea, vt dixi, mulctari debebãt, qui ipsi adhuc ĩeruditi, ad reprehẽdẽdos alios temere prosiliunt: quippe summa impudẽtia est, quũ ipse grauissimè deliqueris,

ris, alios innocẽtes accuſare, atq; ſum-
mum ſcelus, Ambitione & pertinacia
ſua publicæ felicitati obſtare. Quòd ſi
omnes iſti calumniatores, non maiora
promitterent quàm præſtarent, nõ ma
lè audirent a doctis hominibus. Quis
nunc non ſimul oderit & contemnat
eos, qui in rixis et cauillationibus dũ-
taxat verſantur: qui quidem verita-
tis indagationem profeßi, mox initio
ſuarum pollicitationũ mentiri non du
bitant. Quamobrem ſæpe admirari ſo-
leo, quid in mentem talibus euenerit,
qui ex profeſſo celebres diſciplinas ac
maximè laudabiles corrumpere, extir
pare ac coinquinare ſuis ſophiſmati-
bus conantur. Quaſi verò quiſquàm
ignoret etiam nequißimis hominibus
licere, non de præſtantißimis tantùm
diſciplinis, ſed de dijs nonnunquã con
tumelioſè loqui. Nam ſtulti bonoq́ue
iudicio deſtituti, ſemper calumniãtur

ea, quæ maximam laudem merentur, & quæ ab ipsis ignorantur.

Sed vt vnde digreßa est, reuertatur oratio, summoperè cauẽdũ est medicis (nisi vrgente neceßitate maxima) ne sanguinem mittant luna infortunata malo aliquo adspectu, vel existente in signo illud membrum regente. Nam Ptholomæo Aphorismo vigesimo teste, membrum tangendum non est ferro, quando luna est in signo, quod illi membro dominatur. Nam si quis vulneratus fuerit luna ipsa peragrante signum, quod mẽbrum respicit læsum, plerumque vulnus ipsum ex humorũ affluentia ingrauescit, ac magis si crescens fuerit, & infortunata. Hinc oriuntur vlcera difficilia & cacoëthia curationi resistentia quæ subinde cùm horum difficultas a medicis & Chirurgis disciplinis naturalibus imperitis ignoratur, vel aut enecant hominem,

Vlcera cacoëthia.

vel

vel membrum mutilum in perpetuũ reddunt. De quibus exempla possem subijcere plura, vbi hæc neglecta in vitæ discrimen ægrotum adduxerunt.

His ipsis diebus quidam ictu lapidis læsus fuerat in crure sinistro, luna existente in Aquario infortunata, aduenit Chirurgus, strenuè contemnit astra, nec doceri vult, incipit curam, applicat cataplasmata olea & alia. Sed quid multa? quid accidit inquis? Tertio statim die totum crus inflãmatum est, capitur æger febre continua ardẽti, cui, nisi prompte occurrissemus, de eius vita actum fuisset ante quintum diem. Id non semel in alijs quoq; cõprobaui. Ex quibus liquet, quàm perperàm, stolide, minimeq; tutò huiusmodi disciplinarum calumniatores quas ignorant, nec doceri volunt, tales affectus, aut morbos omnes alios tractãt. Exemplum

electiões medico necessariæ.

Quis igitur inficias ibit, Electionẽ rem esse medico pernecessariam, ad vsumque humanum accommodam. Sed cùm in re minimè dubia, testibus & exemplis multis non egemus, illud pro

Experientia

confesso tenebimus iam longa experientia docti (qua nihil est in hominum rebus antiquius) quæ, vt omniũ planè artiũ, ita et medicinæ magistra est, nihil esse inter mortales, quod adeò repentè exornet, nobilitet, & clarũ demum & in suo opere perfectum medicum reddat, quàm ipsa astrologia.

Quod & Marsilius ficinus vir doctissimus asserit, qui scribit se frequenti iamdudum experientia compertũ habere: tãtum interesse inter medicinas cœlesti adminiculo confirmatas, atq; alias absque delectu astrologico factas quantum inter merum et aquam, quapropter has nequaquàm negligendas esse præcipit, nisi propriam vitam negligere:

gligere velimus. Et Galenus, libro De decubitu infirmorum capite. De Schematibus Lunæ in piſcibus: vellem, inquit, vt eorum, quæ hucuſq; diximus, præceptorum recorderis, non ſolũ circa decubitus, ſed etiã circa illata vulnera, circa partus mulierum, & alia, quæ hominibus accidũt: indè enim ſcies, quando opportunè chirurgiam, aut curationes alias, quæ ex delectu & arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas: Veluti, Exempli gratia, in dilatione pupillæ oculorum, in glaucomate, in ſuffuſione: Chirurgiam primum incipies, quando Luna & Lumen motũ ſuum auget, beneuolorũ ſchematibus expoſita: vtile eſt te ſcire, & illud periculum eſſe, excalfacere corpora, quñ Luna auget lumen ſuum & motũ, cui mars aut ſol iũgatur vel ſchemata obijciat &c. At ſcio, quid hîc mihi dicturus es, ſcilicet hunc librũ non eſſe Galeni.

leni. Verùm si illum negare velis, tolle etiam ferè omnes reliquos, atque adeò vtiliores libros Galeno adscriptos. Vt sunt libri De dinamidijs, De catharticis, De Gynecæis seu de passionibus mulierum, De voce et anhelitu, atque librum De vtilitate respirationis, De motibus manifestis & obscuris. De aquæ bonitate, De Vinis. Item librum de spermate in quo egregiè ac eruditè ostendit Gale. quantum momenti habeat in re medica ipsa astrologia. Rursus abijciantur tanquàm inutiles (in quibus tamē tota spes, totum lucrū horum medicorum, qui nihil præter hoc admirantur, cōsistit) libri De vrinæ significatiōe ex Hippocrate. Quæsita in Hippocratē de vrinis. Præsagium experiētia confirmatum. De historia philosophica & complures alij vtilissimi ac maximè necessarij libri Galeni. Quid multa? an solus iste, quoniam

opini-

opinionibus ignorãtium aduersatur, repudiandus sit reliquis intactis? cùm tamen probabile sit, Galenum virũ doctissimũ atque in omni disciplina Mathematica (vt ipsemet testatur) exercitatissimum multa, si eius opera omnia hodie extarent, de his scripsisse, verùm temporis ac ætatis iniuria multa periere, quæ fauentibus superis breui in lucem redibunt. Sed ad propositum, tale vulgus horum medicorũ est, nihil laudant nisi quæ ipsi approbant ac intelligunt, propterea ex professo aduersantur ac suis conuitijs persequũtur ea, quæ, quanquam omnium maximè necessaria sint, sua tamen ruditate ac ingenij obtusitate adipisci non potuerunt, illa verò dicunt fieri facultate aut qualitate quadam occulta.

Sicuti nuper mihi orta est cõtentio cũ quibusdam medicis, ijsque valde inclytis, ac in sua arte magis felicibus &

for:

fortunatis quam doctis, dicentibus, lapidem Herculeum, ferrũ attrahere, coturnices veratrum, sturnos cicutam, strutiochamelos ferrum concoquere. Cantharides solam vesicam afficere, ac mille alia diuersimodè ac veluti miraculosè agere sola qualitate occulta, & interĩ sese summos atq; primarios Philosophos ac medicos iactitãt. At quid absurdius? quid ineptius, quæso, vero medico & Philosopho, quàm ignorare rerum caussas, cùm interim nihil perito medico occultum esse debeat? Etsi tamen nõ omnia possumus omnes, non cuiuis enim homini contingit adire Corinthũ: verùm ob id maximè reprehendendi mihi vidẽtur, qđ cùm plura ignorant, illa dicunt esse occulta ac incomprehẽsibilia, et tantũ abest vt doceri cupiãt, vt potiùs suis sophismatibus et ambagibus alios a contẽplatione horũ deterreãt et citra frõ-

tem

tē auocent, nescio profecto an maiori inuidia, an craßiori ignorātia, sed digni me hercle, qui maiorē locū apud pueros quā viros doctos habeant. Sed vt vndè digressa est, reuertatur oratio, sciūt etiā astrologi medici omnes, nec indigent tuis admonitionibus, sanguinē mittendū eße & venā secandā mane in lumine diei, post completam concoctionem, & expulsionem superfluitatum. Sed consideratio maximè accipienda est in Phlebotomia ex quinq; stellis erraticis, Saturno Ioue, Marte Venere & Mercurio. Iupiter quippe & Venus aëris qualitates temperant Saturnus & Mars vel per frigiditatē vel calorem in aëris qualitatibus indispositionem generant: vndè sanitas periclitatur, & morbus introducitur. Quapropter Hippocrates elegāter dixit primo aphorismorū tertio. Mutationes tēporū maximè generant morbos

Mißio sanguinis quo tēpore obeunda.

&

& Aphorismo quinto eiusdem. In tẽporibus, quãdo eodem die modò calor modò frigus fit, Autumnales morbos expectare oportet. Et idem complura de temporis variatione, & obseruatione notatu digna vsque in vigesimum quartum ferè Aphorismum scripta reliquit. Quamobrem non solùm Solis natura & virtus, quæ quatuor anni tẽpora mutat, sed & naturæ quinque commemoratorum astrorũ summopere animaduertendæ sunt, præcipuè Saturni & Martis. Virtus enim Saturni naturæ Hyemis, Martis verò Æstatis assimilatur: illius propter frigiditatem intensam, huius propter caliditatem exuperantẽ, vt ostendit Ptholomæus parte prima quadripartiti. Idcirco eorum coniunctio, oppositio, aut quadrata radiatio, venæ incisionẽ & impedit & prohibet. Sunt autem deligenda Astra, quæ cum humana natura,

tura, in calore & humore harmoniam & proportionem habent, vt sunt Iupiter et Venus, quæ pro astrologorũ doctrina in principijs rerum maximê Phlebotomiæ diligẽter obseruari præcipiuntur.

Sequitur adhuc alia consideratio & obseruatio, quæ sumitur ab ætatibus Lunæ: Siquidẽ prima quadra calida & humida est, naturæ veris conueniens pro Phlebotomia sanguineis. Secunda quadra calida & sicca assimilatur Æstati, conducit biliosis. Tertia quadra frigida & sicca melancholicis idonea. Quarta & vltima frigida & humida pituitosis destinata. Nam humores diuersimodè mouẽtur secundum quadraturas diuersas, quas occupat luna in zodiaco: Si verò has quadraturas Lunæ comparauerimus hominũ ætatibus, tũc Phlebotomãdo secundũ naturã ætatũ hominũ sequimur

Obseruatio ætatũ lunæ

mur

mur opus naturæ. Iuuenes ergo ſiue a=
doleſcentes in prima quadra, in ætate
conſiſtenti exiſtentes in ſecunda, de=
clinantes in tertia, ſenes in vltima.
Nam Ptholomæo & Hali teſtibus,
humores in prima ſeptimana redeunt
de interioribus ad exteriora, in ſecun
da et quarta ab exterioribus ad inte=
riora. Luna enim ſecundum ætatẽ ſuã
et motum mouet humores corporis. In
prima igitur et tertia ſeptimanis vtẽ=
dũ eſt euacuatiõibus exterioribus, vt
Phlebotomia, in ſecunda & quarta e=
uacuationibus exterioribus, vt eſt
Pharmacia. Multa adhuc plura huc
adferre poſſem, quæ præcipuè in ape=
riendis venis obſeruanda ſunt, veluti
a natura ſignorum. Siquidem Luna
exiſtente in igneo, vt ariete aut leone,
cõmodum eſt mittere ſanguinẽ Phleg=
maticis, quoniã cõtraria contrarijs cu
rantur, ſicuti ſimilia ſimilibus conſer

uan=

uantur, Quia luna plurimum potestatis in ea re (quēadmodū prædiximus) habere asseritur, secundū quod in alio & alio signo inuenta fuerit. Sed hæc sufficere mihi videbantur ad refellendas leues ac inanes nugas Rapardi, ac ad cōmouenda eius cornua, nec semel calamū admouere voluisse, tempusq́ in istis terere, nisi id efflagitasset quidam mihi summi amici, quanquàm obiectiones leuiores, nec prorsus negligendæ, ne veritati noceant, nec prolixiùs refutandæ sunt: sed obiter eas nugas esse, ostendendum est.

Quid in purgationibus obseruandum,

DE purgationibus, siue per vomitiones sternutamenta, secessiōes vrinas aut sudores, idē pronūtiamus: quanquā & in his calūniādis, vt in alijs maximè hallucinetur noster Sophista. Sed ipsorum est, vt dū alios verbis

con-

conuincere nituntur, re ipſa conuincã tur ipſi, id eſt, res ipſa reclamat eorũ orationi ſic vt oĩbus modis cõſtat eos nugas agere, veluti iſti contingit, qui dicit neminem ex Almanach cognoſcere poſſe, an ſuo morbo præſenti aut futuro, vtilis ſit futura purgatio; neque etiam poterit ex illis deſumere, quali medicamento purgandum ſit corpus, vel quomodo, aut qualis pars, & humor. Bone Deus, quàm hîc iterum teipſum corruis, oſtendiſque te egregiũ eſſe faſcinatorem. Quis enim vnquàm tam ſtupidus craſſuſque fuit, qui hæc voluerit ex Almanach colligere? Vbi vidiſti quæſo ſcripta Almanach, quæ et medicamentũ, humorem, locum affectum oſtendebant? Nunquid omnes eorum authores perhibent ſemper conſulẽdum bonum ac doctum medicum? Non pollicẽtur etiam Almanach aut Prognoſticationes oſtendere, quibus

Purga-

Purgationes aut mißio sanguinis conueniãt. Ex quibus patet, qualis tu sis iudicij ac ingenij. Quoniam ex vno aliquo dicto aut facto de hominis ingenio cõiectura capi potest. Nã vt rixæ tuæ nullam vtilitatem, sic occupationem multam habent. Docent nos igitur Almanach dúntaxat tempus commodum ad istas Purgationes, vti superius de Phlebotomia ostendimus. Nam si intempestiua Purgatio in vitæ discrimen nos adducit (vt tu etiam fateris) curandum igitur erit, vt ad id probè faciẽdum expectemus ac obseruemus tempus, & horam ad id maximè idoneam. Nec tam alieni à bona mente vulgus hominum (vt tu putas) est, vt velint vti aliquo Pharmaco absque consilio alicuius Medici, quãquàm aliquando inepti, nam non omnia poßumus omnes. Omnibus enim id contingit artibus, quod sint obnoxiæ

impoſtoribus, & imperitis, qui rē audaciùs aggrediuntur, quàm qui bene docti ſunt. Nam vnuſquiſque tantum habet audaciæ, quantum inſipientiæ.

Igitur tempora anni ſummariè hîc, vt etiam in Balneis, & alijs euacuationibus (nam de oībus eadē eſt ratio) maximè quoque obſeruanda veniūt, In ſignis enim terreis non eſt electum Balneum, quia talia ſunt frigida, & frigidi eſt cōſtringere quare pori clauduutur, vnde ſuperfluitas non poteſt reſolui. Ignea igitur apta ad Balnea ſunt, vtpote calida, & calidi eſt reſoluere, vndè etiam tunc pori aperti ſunt atque ad dimittenda ſuperflua apti.

At inter anni tempora, Ver omnium ſaluberrimum & magis commodū eſt ad omnes euacuationes: Alia tempora prohibentur ob cauſſas ſuperiori capite a nobis allatas. Quòd verò nos & alij Aſtrologi etiam in Hyeme rigida,

da, ac torrida æstate intemperatoque Autumno signamus plurimos dies cõmodos ad purgandum, reddidimus superiùs rationes. Si vellemus omnes authoritates tam philosophorum & medicorum quàm Astrologorum huc adferre, quibus tuentur nostras opiniones, volumen istud cresceret in immẽsum. Quamobrẽ cùm videamus nos abũdè satisfecisse nostro proposito, operi ponemus Colophonem, finemq́ue defensionis nostræ faciemus, ne lectores prolixitate orationis offendamus, id quod minimè fiet, si in sua potestate esse cogitent: tantum legere quantũ volẽt. Non est igitur egregie calũniator quòd sic aures ac cristam arrigas, solumq́ue te sapere glorieris, nam euẽtus fallit tuam expectationem, neque respondet tue opinioni, quoniã homines (probos saltem) non vsque adeo puto insanire aut delirare, vt Margari-

tas pro silicibus, rosas p̄ carduis deyci ant: quamuis facilè admodum sit quic quid defendēdum susceperis, falsis qui busdam ratiunculis, carentibus omni ratione, ac autoritate, fucare; eo enim pacto apud vulgus magnifies siquidem tale est eius ingeniū, vt portētosis nu- gis maximè gaudeat. Verùm turpe est magna pollicitum in paruis occupari, propterea negligenda omnia, quæ teme rê dicuntur, amplectenda verò, quæ ra tionibus probantur. Cur igitur ista gloriola te adeò inflauit? ingenti amen tia repletus es. O infelix omniq; iudi- cio ac doctrina vera spoliatus, itanè ve rò te sublime istud, & nouum nomen Doctoris à doctissimorum doctrina, ac disciplina desciscere coëgit? eòq; re- degit, vt certam, ac verissimam disci- plinam desereres? A falsa igitur doctri næ & opinionis vmbra recede, & va- na ac ludibria nugamenta suadeo post

hac aufuge, & quiesce, si sapis, ac desine malè dicere, malefacta tua ne noscere tandem aliquando cogaris. Quod si horum leuitatem atq; ineptiam anteuerteris minus cõsternaberis, nam vt ex illis tuis nugamentis patet, nõ amore veritatis sed vanæ gloriæ, ac ambitionis famæ gratia, tales disputationes instituisti, quæ, quãtum in se artis habeant, nemo non nouit. Porrò, vt tuum flagellum in satis crassum volumẽ cresceret, & vt multa videreris dicere, conaris ostẽdere, qualiter homines se debeant gerere in omnibus faciẽdis, sumendis, admouendis educendisque, quibus videris tibi totam ferme restituere medicinam, Sed quàm tolerabilis sit ista tua verbositas, facilè iudicẽt omnes, qui de disciplinis rectè sentiũt. Siquidem viri docti & eruditi est, nõ multis verbis pauca comprehendere, sed paucis multa. Etenim non, si quis

multa dixerit, admiratiõe dignus erit sed potiùs, qui pauca pronuntiarit, si fuerint vtilia. Quanquàm non imus inficias cætera, quæ de medicina ꝓnũciasti, aliquid habere vtilitatis: sed quorsum hæc spectant, videlicet aliorum scripturas in suas transcribere? Quid quæso nobis in his noui adfers, quod non fuerit ante annos bis mille a summis viris obseruatũ ac hominibus ostensum? Hem scio illud nẽpe est vt tibi nomen ac famam comparares ac sic inani gloria intumesceres, vt vtres inani spiritu distenduntur. Quapropter tuum etiam egregium flagellũ idiomate tuo scripsisti, videlicet vt maiorem tibi gloriam ac famam comparares apud dura ceruicis ac stultũ vulgus. Sciebas enim his tuis cõuicijs & garrulitate in maiori precio te futurũquã ex veris ac certis vtilibusq; rationibus, nam qui cum imperito sapien-

pienter loquitur, non bene loqui videbitur. Verùm tantum abest (vt inquit Demosthenes) vllum illorum, qui solidè docti sunt, quicquàm de se gloriosius dicere, vt alio etiam dicente erubescant. Qui verò longiùs à vera, quã sibi vendicant doctrina sunt propter inscitiam verba molestißimè audiẽda de se ipsis proferunt. In arrogantia enĩ contingit, vti in armis inauratis, in quibus, non similia sunt interiora exterioribus. Facilè igitur hactenus ostẽdimus te leuitate ac garrulitate tantũ refertum esse: qui videri velis nobis aliquid vtilitatis adferre ac artem medicam instaurare, cùm tantùm absit, vi illam intelligas syncerè, vt potiùs omnia pessundes ac sophismatibus cauillationibusque impudẽter destruas ac conuellas, Verùm illud summoperè condolẽdum est, medicinam nõ nactã esse feliciorem patronum & tutorem.

Demosthenes.

CONCLVSIO.

HI sunt (doctisſime lector) errores ac futilia nugamenta et propositiones quæ in ægregio illo Rapardi aſtrologorum flagello comperimus: quæ rationibus ac multorum autoritatibus & experientijs ſatìs abundè refellimus: quæ ſi improbare voluerit, ſatìs negotij eum habiturum puto vt docti ſuam improbationem probare poſsint. Voluimuſque illos tibi indicatos ne inſcius tuam ſanitatẽ ſummoperè expetendã, aut planè perdas, aut vities, confidens illi aut ſimilibus fucatis medicis, qui magìs negotioſi, quàm docti, vt nihil non videantur facere, aliorum doctiſsimorũ medicornm ac Philoſophorum dicta & facta cauillantur et vituperant: deſtituti tamen omnibus autoritatibus: tãtummodò ſuo confiſi retuſo ac ſordido

iudicio et errore. Siquidem talibus vo-
luptati est bonis disciplinis obtrecta-
re, & huiusmodi tam pertinaces sunt,
vt patriæ, quàm errorum suorum pro-
ditionem, æquiùs tolerent, cùm tamen
multis otiosis verbis p̄dicent se curare
rempublicam & patriam. Verùm ita
omnibus vsuuenit qui semel veritatē
despexerunt vt in plurima impingant
& plurima malè peruertāt, videlicet
de omnibus contendentes, licét ne vnū
quidem intelligant. Sed miraberis for-
sitan, meq́ue vehementer accusabis qđ
ego tā attrociter in hunc inuehor Ra-
pardum (quanquàm, si par pari refer-
re voluissem, multo atrociùs cum ipso
agere debuißem) Sed veniam dabis
sat scio, postquàm illius flagellum se-
mel perlegeris, & videris, quàm inep-
tè ac peßimorum Sycophantarum mo-
re ipse (vt homo humanitatis expers,
& vitæ cōmunis ignarus) hāc Astro-
rum

rum disciplinã longè vtilissimam, cõ-
tumeliosè multis maledictis spernit.
Et ex hoc mentem optimorum doctis-
simorumq́ue Philosophorũ ac Medico
rũ pessundare conatur. Propterea me
continere non potui, quin par pari re-
ferens hæc ipse obycerẽ. Quis enim est
tam æquo ac placido animo, quin ad il
latas sibi iniurias aliquãdo cõmotus
non referiat? ac maledicto maledictũ
compenset? Quid igitur faciendum est
his, qui nõ solùm vnius hoĩs famã aut
vitã tollere, sed totiùs Reipublicæ cõ-
modum, atq; vtilitatem nituntur, cũ
omnes homines pro patriæ vtilitate et
vitam & opes exponere debeant? Nã
Euripides vt inquit Euripides, Cõuenit omni ra-
tione & arte amantes patriam salu-
tem eius moliri. Sed hoc vnum est,
Quòd nemo tam diligenter sibi caue-
re potest, quin Sycophantæ inueniant
ansam calumniãdi, quod maximè eue
nit

nit disciplinis quæ, quo difficiliores ac vtiliores magisq; admirabiles sunt, eò magis propter insipiētiā maledictorū in calumniam trahuntur ac lacerātur Siquidem calumniatores optimas res humilibus cōparationibus semper cor rumpere studēt. Nō ita etiā mei ignoratiōe laboro, vt nesciā nomini meo cō sultū rectiùs, si me quoq; liberū omni calumnia, inter priuatos cōtinuissem parietes & has defensiones prorsus in lucem non emisissem, vel ob id vnū maximè, quòd certorum hominū odio in eā incidimus miseriā vt quoties præclare facimus, toties audiamus malè:

Vicit tamen me amor veritatis huius disciplinæ, etsi has maximè obnoxias fore eorū detrectationibus scirē, quibus vulgus facillimè condescendet quoniā facilè calūnijs credit. Sed abeant in malā crucē cū suis nugamētis sophismatibus ac mēdacijs, quibus simplici

plici vulgo imponũt. Nos verò ſcimus plus deberi veritati, cui oẽs oĩum profeſſiões meritò faſces ſubmittũt. Quæ ꝑfectò mihi tã acre calcar addidit, adeoq́ pepulit, vt eorũ Sycophantarũ nugamenta repræhẽdere ac ſuggillare audeã: neque enim ita vnquàm indulgendum aut conniuendum eſt, vt ficta falſaq́ pro veritati conſonis recipiamus. Nam (vt inquit Menander) Nõ eſt negligenda Calumnia, etiã ſi prorſus fuerit falſa, quoniam nihil eſt grauius ipſa: próinde refutatio falſarum opinionum, & prudentiores & modeſtiores efficit hoĩes. Quid quæſo magis ineptum aut impudẽtius eſſe poteſt Sophiſticis calũnijs? Nũquid grauiſsimum ſcelus eſt naturam optimam ducem non ſequi, ſed eius benignitatem vel ignauia negligere vel animi puerſitate ad peſsima quæq; cõuertere, vt iſti Sycophãtæ, quorũ improbitas oĩa

Menander.

ſcele-

ſcelera ſuperat, cùm plura de nomine quàm de re dicant. Propterea (vt diximus) eorum improbitati respondere cogimur, etiam ſi cauſſa id non poſtularet, quòd adeò obſtinato animo ſunt, vt vel ipſam veritatem impugnare & ſubuertere velint, & vana pro veris habere: Ita probè ſua arte inſtructi ſunt, & muniti, et verbis quidem magnificis, re interim prorſus inani & leui ſibi imperitum vulgus concilient & ab omnibus audientiam impetrent. Tanta enim eſt humani ingenij peruerſitas, vt plerique minimè delectentur ſtudijs honeſtiſsimis, rebus optimis, doctrinis vtiliſſimis, ſed perniciosiſsima, vt iucundiſsima amplectātur. Sed quis eſt tam obeſæ naris, vt fucum non ſentiat? quis tam incogitans commoditatis ſuæ, vt credat tales vera prædicare? Quis aliquid magni de talibus hominibus ſibi polliceatur?

Quis

Quis non vidit ſimiles impoſtores qui
deſtituti omnibus diſciplinis natura-
libus, ſummos ſe medicos prædicarent
ſubinde et ad ampliſsimos honores per
ueniſſe, in quos cùm omnium ciuium
oculi conuerſi eſſent, ſtatim obrui, &
in nihilum redigi?

Quæ enim inſipientia reguntur, bre-
ui tempore corruunt.

Multo plura adhuc, niſi feſtinatio p̄-
hibuiſſet, de huius diſciplinæ vtilita-
te cōmemorare potuiſſem: quæ ego ne-
que ſolus neque primus perſpexi, ſed
multi cùm noſtræ, tum ſuperiores æta
tis homines doctiſsimi, quorum nomi-
na breuitati ſtudentes, pertranſimus
ne verba noſtra nimia ac moleſta le-
ctori ſint, duntaxat obiter hæc prefa-
ti ſumus propter eos, qui ſemper igno-
ta damnant, proclamantes ſtatim hæ
reticum eſſe, quicquid ipſi vel non in-
telligunt vel damnatum vident ab in-

doctiſ-

doctissimis Sophistis.

Non est igitur optime lector quod mireris stomachosiora mihi scripta excidisse, nec me accusare debes, quòd in hunc defendendi campum non antè lacessitus ipse descenderim, neque nos latet illud Christianũ, pro malefactis beneficia etiam inimico reponenda.

Quamobrem committere antehac nolui, vt rixosis ac litigiosis actionibus me dederem, sed tantum studiorum tranquillitatem tantisper sequebar, dum ad Philosophandum me componerem: verùm postquàm perspexeram hunc sub velo vtilitatis, magnum Patriæ, ac Reipublicæ incommodum molientem, profecto continere me nequiui, quo minùs vulgus commonefacerem, & fucum istum detegerem.

Quanquàm tales pestes, & si bonis omnibus stomachum faciunt, tolerantur tamen hoc tempore magno certè

Rei-

Reipublicæ malo atque totius ordinis salutiferi iniuria, cùm isti medicã per sonam laruarum more gerant potiùs: quàm vt vera fundamenta sustineãt: & ego sic odi nugatorum genus vt nisi animo me sustentassem, protinus ad eorum conspectum mihi esset faceßendũ Propterea mea interesse magnoperè existimaui, talium reconditas abstrusasque nænias eruere, ne vulgo imponerent amplius. Quoniam imperitißimus atque audacißimus quisque nebulo ad medicinam faciendam hoc tẽpore accedit, nullis medico dignis ornamentis instructus, non mathematicis disciplinis, non Philosophia: sed tantum temeritate atque impunitate confisus. Nam tantis est nunc erroribus inuoluta medicina, vt non modò Pharmacopolis rasoribusúe, sed etiam vetularum deliramentis medici se obnoxios reddere compellantur. Nam cùm

(vt

(vt iste asserit) Astrologica medico sint tantũ otiosa & superflua, si è medicina tollantur, licebit & mulieribus lanionibus, fullonibus, lenonibus & omnibus, qui methodũ omnẽ curãdi ignorãt qui ratiõe carent, qui cõmuni iudicio, quid est opus dicere? qui experimenta per mortes agunt medicinã facere. Quibus iterum se diruit ac pessundat noster Astrologiæ flagellator, cùm illos carpere vult, in quorum opinione est. Sed quid vos (doctißimi lectores) ambagibus nostris suspensos diutiùs teneo? Nõne sophisticos istos medicos suis depingimus coloribus? nõne abundè, & ad nauseam ferè vsque ostendimus, Veram medicinã nullam esse, aut sanè imperfectißimã absque astrorum disciplina? Quamobrẽ agite procul a vobis fucatos istos Calumniatores qui vix medicinæ vmbram aßequuntur, neque illis fidem aliquam, si

vestræ

quuntur, neque illis fidem aliquam, si vestræ valetudini ac sanitati consulere volueritis, adhibeatis: nã qui calumnijs statim (vt inquit Menander) fidẽ habet, aut moribus improbis præditus est, aut ingenium prorsus habet puerile. Quæ omnia, si cum bono synceroq̄ue iudicio perpenderitis, videbitis hæc veram medicinã insequi: quæ verò contrarium aßerunt, nugosa ac meras imposturas iudicabitis. Hactenus obiter ac defunctoriè ad Rapardinus flagellũ hoc nostro Clypeo obstitimus, neque enim necesse erat, vt multũ operæ seriæ in ijs diluendis, quando frigidæ admodum sint, poneremus: quo nomine, vt rideantur potiùs, quam anxie confutentur, merentur. Nos verò bonas horas potiùs in ijs rebus quæ studijs nostris profuturæ sunt, cõsumamus, strenuè, quicquid est istarum nugarum, contemnentes. Nolui

mus

mus enĩ lectori inutilibus aut verbis aut disceptationibus molestiores esse (id qđ nusq̃ nõ fecisse Rapardũ video cũ nulla de re tolerabiliter dicere possit, attamen tacere nequit) Sed iã finẽ nostro operi facimus. faxit Deus Opt. Max. vt agnito tãdẽ errore, quẽ in suo glorioso flagello tãtoperè defendit, in viã redeat et veritatẽ, quã iã hostili aĩo ĩsectatur, ambabus, vt dicitur, amplectatur manibus. Interĩ lector beneuole has nostras Astrologiæ defẽsiões quales quales sunt, æqui boniq; cõsule.

Errata huius Libelli.

A.6.pagina.1.linea.14.lege ridiculus. A.7.p.1.l.6.le. republica. C.9.p.2.li.penultima.l.opisexq;. C.4.p.1.l.7.l.imagines C.6.p.1.l.2.l.iudicãdus. C.7.p.2.l.vlt.l.aquinate. C.8.p.1 l.5.l.nesciamus. & li.19 l.conficiendo. D.4.p.1.li.8.l.diuulgãtur. p.2.li.7.l.legerũt. & .8.l.viderunt. & l.17.le.iactat. D.5.p.2.li.1.l.affectibus. F.1.p.2.l.15.l.gallinaceũ. F.3.p.2 li.7.l.hoĩes. F.4.p.1.li.10.l.cõplexiones. G.1.p.1.li.20.l.fortunatos, & .l.vltima.l.infortunatos. G.2.p.1.li.penult.l.hãc. G.7.p.2.li.2.l. Galeni. G.8.p.1.l.Auerroes. H.4.p.1.li.12. l.dilatatiõe. I.3.p.2.li.18.l.dura. I.7.p.1.li.9.l.vt verbis, et p.2.li.14.l.superioris.

Si quid etiam præter hæc mendosum Lector inuenies, quod properantes oculos nostros subterfugerit, id quoque pro tuo iudicio emẽdabis, nec quicquã ipsius putabis autoris quod parũ sit rectũ



